Monumenta Boica

Bayerische Akademie der Wissenschaften, Bayerische Akademie der Wissenschaften. Kommission für Bayerische ...

Digitized by Google



Soc. 24085 e. 3/15



Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

MONUMENTA BOICA.

VOLUMEN DECIMUM QUINTUM.

EDIDIT

ACADEMIA SCIENTIARUM BOICA.

MONACHII,

LITERIS FRANZIANIS.

ANNO MDCCLXXXVII.

Digitized by Google

Digitized by Google

PRAEFATIO.

Pergimus in instituto, &, quod per quinque lustra molimur, operis sistimus volumen decimum quintum, nulli certe priorum secundum, pluribus anteferendum.

Prelum subire cepit eo ipso tempore, quo populi sui precibus exoratum Numen geminos eodem mense submisit Principes, novam Serenissimæ domus WITELSBACHICÆ propaginem, incredibili omnium patriæ ordinum lætitia exceptos, festivis ubique plausibus celebratos, quibus nostra secreto junximus vota, nunc palam edenda, PRO ÆTERNITATE DOMUS AUGUSTÆ.

Quas opes litterarias, & erepta oblivioni spolia heic cernere sit, quibus singula debeantur, suis locis notavimus, & pro merito commendare studuimus.

Fruere hisce conatibus nostris, lector optime, & festivum SUMMO PRINCIPI nostro diem inter sacra hilaria & pias nobiscum preces celebra, quo dedimus *Monachii* h. e. pridie non. novemb. MDCCLXXXVII.

CONSPECTUS VOLUMINIS.

I.	Monumenta	Nideraltachensia. Pars II.	p. 1.
II.	— —	Thierhauptana.	p. 89.
III.	— —	Prulensia.	p. 145.
IV.	— —	Mallerstorfensia.	p. 245.
V.	— —	Seeligenthalensia.	p. 435.
VI.	— —	Miscella.	p. 559.

MONU-

MONUMENTA NIDERALTACENSIA.

PARS II.



MONUMENTA NIDERALTACENSIA.

DIPLOMATARIUM MISCELLUM.

Num. I. Immunitas a Muta per Auſtriam. An. 1210.

† In Nomine Sancte & Individue Trinitatis. LUITPOLDUS Dei gratia Dux *Auſtrie* & *Styrie* omnibus Xti Fidelibus in perpetuum. Quandoquidem rerum geſtarum recordatio Futuris eſt profectus & tuitio, ea propter Commonefactus Ego LUIPOLDUS DEi gratia Dux *Auſtriæ* & *Styrie* Monaſterio De *Alta* recognovi Juſtitiam in *Muta*, quæ in Diebus *Patris* mei non modicum a Mutarijs fuerat contra jus

illius Disturbata. Prædicto itaque Cœnobio concessi perpetuo eandem gratiam & justitiam, quam ab *Avo* & *Proavo* meo eadem Ecclesia possedisse & habuisse tam Ministerialium quam etiam Mutariorum meorum attestatione dinoscitur, quorum veridico relatu & sufficienti Testimonio probaverunt, quod a Victualibus sepedicte Ecclesie pro Muta Mutarii mei pro jure suo plus non debent percipere, quam LXIIII. Denarios, & in superiori muta nihil amplius debent recipere Mutarum, quam talentum *piperis*, & duas *pelves* *), & duas *Cirothecas*. Ut autem hæc mea gratia & concessio rata in evum & in convulsa perseveret, presentem paginam Sigilli mei Firmitudine feci comuniri. Testes qui intererant subscribendo: *HEINRICUS Marchio Hystrie*; *Otto* Advocatus de *Lengebach*. *Cunradus* & *Luitoldus* Comites de *Plœien*. *Ulricus* de *Pernecke*, *Hademarus* de *Chunrich*. *Wikardus* de *Sevelt*, *Marquardus* de *Hintperch*. *Rudolphus* de *Potendorff*, *Herrandus* de *Wildorn*. *Ditmarus* de *Liechtenstein*. *Hermannus* de *Puten*, & alii quam plures. Acta sunt hæc anno: M. C. C. X. in nostro *foro Wienne*. Temporibus FRIDERICI Regis Romanorum Regis Siciliæ.

* Originale cum Sigillo læso.

Num. II. Immunitas a Muta in Aschach. An. 1221.

Wir *Heinrich* der *elter* undt *Heinrich* der *Jüngere* undt *Weickart* uon *Schallenberch* tun chunt allen den die disen Brief uernement, dass wir den Herrn den Abbt uon *Nider-*

*) Forte pelles.

Nideraltach geloben, erkhennen undt behalten aller der alten recht, di er hat an unser Mautt datze *Aſchach*, und obhalt ſeiner vas an unser Mautt kament hintze *Aſchach* mit neuen Podinen, da iſt er uns nichts von ſchuldig, in wan des uorbenanten alten rechts, das diſer rad ſtätt undt unbekhrenkht beleib, des geben wir ime diſen Brief mit unsern Insigln, das iſt geſchehen, do uon Chriſtes geburdt ſeindt gewesen dausent Jahr, Zweyhundert Jahr, undt aindzundt zwainzig Jahr.

* Origiuale cum Sigillis.

Num. III. Confirmatio donationis Eccleſiæ & Villæ in Arnpruck. An. 1224.

In Nomine Sanctæ & Individuæ Trinitatis. Univerſis preſentem paginam inſpecturis manifeſtum fieri volo, quod ego ALBERTUS Comes de *Bogen* donationem factam Eccleſiæ Altahenſi per manum Fratris mei BERTOLDI ob eternam ſalutem anime ſue, preſentis ſcripti continentia notificare laboravi, que huius modi eſt. Cum ex mandato Romani Regis Auguſti OTTONIS in regie expeditionis iter An. 1209. Romam accingeremur, venientes primitus *Altaha*, ibidem Frater meus BERTOLDUS pro Delictorum ſuorum ignoſcentia me preſente & fratre meo LIUPOLDO, aſtante etiam hominum noſtrorum non modica corona venerabili Abbate Domino *Poppone* tunc eidem Eccleſiæ preſidente, poteſtativa manu patrimonium ſuum delegavit Altari S. Mauricii, ſcilicet *Arnprukke* Eccleſiam cum omni jure Patronatus & Decimis, & filiabus ſuis attitulatis, id eſt *Febraha*, *Weceſcelle*,

Sæken-

Sækenriede, & villam ejusdem Ecclesiæ cum hominibus & cum omnibus suis attinentijs, pratis scilicet, agris, cultis, & incultis, quesitis & inquirendis, aquis, aquarum ve decursibus, piscaturis, Pascuis, molis, molendinis, Silvis Saltibus, & cum omnibus, que ad quemlibet usum provenire seu nominari possunt, & ubi locorum qualicunque vocatione mortis decederet, ob animæ suæ remedium hac libera donatione cum debita servitutis pensione in perpetuum predicta gauderet Ecclesia. Profectus vero in expeditionem, integram illi interim reliquit possessionem, reversus autem a Roma eadem recipiens bona statuit, quatinus ob memoriam huius sollemnis traditionis & in signum possessionis anuatim quo ad viveret, XXX. Denarii de presatis bonis essent solvendi. Itaque zelo tactus divino, cum in auxilium terræ sanctæ in partes transmarinas demigrare maturaret, denuo veniens *Althaha* facte traditionis solemnitate absolutissime astantibus multis renovando confirmavit propria manu sua sancto Mauritio suprasata delegans bona subiciens, aut contingeret eum reverti nec ne, absolute tamen predicta donatio in integre possessionis usum & Dominium perpetuæ servitutis cederet Ecclesie. Et quia tunc pignore obligata eadem fuere bona, statuit, quatiniis de suis bonis illa solverentur. Porro in transmarinis partibus vocante ipsum jam morte, presente Duce Austriæ, meque astante, & alijs terræ nostræ Baronibus, testamento suo hujus modi preces inter posuit, rogans, ut sepedicta bona *Altachensis* Ecclesie fideliter defenderem. Reversus autem per Dominum *Popponem* Albatem & fratres instanter comonesactus sum, ut premisse Donationis bona

solve-

ſolverem, quæ in Lv talentis obligata tenebantur. Et quia tunc ſolvendi facultatem non habui, eandem ſolutionem promiſſi recompenſandam vel equipollenti prediorum collatione, vel inprediċte pecunie reſtitutione. Igitur ne huius faċti obſoleſcat in eternum memoria, & ne qualibet occaſione ſuper hoc cuiquam detur calumniandi in futurum licentia, Fratris mei. B. faċtum preſenti Cirografo renovando ſigilli mei appenſione & teſtium ſubnotacione roborare & communire Sategi. Teſtes ſunt *Alram* de *Halſe* & frater ſuus *Albertus*, *Bertolduc* de *Steinberc*, *Heinricus* de *Pfölingen*, & filius ſuus. *Heinricus Palmær*, *Rudolfus* de *Welchenberc*. *Heinricus* de *Zidlarn*, *Ebo* & frater ſuus *Ebo*. *Heinricus* de *Alnchoven*, *Rudolfus Raute*, & *Henricus* frater ſuus, *Ulricus* de *Gradinſtorf*. *Walchoun* de *Eichperc*, *Rudiger* de *Eichah* & filius ſuus *Rudegerus*, *Alhart Göman*. *Alhart* de *Munichedorf* & fratres ſui *Heinricus* & *Dietricus*, *Marquart Lamina* cum filijs ſuis *Heinrico* & *Hartliebo*. *Ulricus Zwiselar*, *Dietricus* plebanus, *Kuno* plebanus, *Ulricus* plebanus, *Otto* de *Puchperc*, *Sifrit* de *Gravinwiſen*, cui obligata fuerunt bona & alii multi. Aċta ſunt hec Anno verbi Incarnati M. C. C. XXIIII. Indiċtione exiſtente XII. Regnante in Xto Imperatore FRIDERICO, exiſtentibus venerabilibus Epiſcopis CUNRADO Ratisponenſi. GEBHARDO Patav. preſidente Abbate *Poppone* Cenobio *Altahenſi*. Datum in Feſto Barnabe Apoſtoli.

* Originale cum Sigillo. Tab. II. Selingenthal n. 11. Vid. etiam Vol. XI. p. 178. 185. 191.

Num.

Num. IV. Confirmatio cæsarea Immunitatis a Muta per Austriam. An. 1237.

FRIDERICUS DEi Gratia Romanorum Imperator semper Augustus, *Jerusalem & Sicilie Rex.* Per presens scriptum notum fieri volumus universis per *Austriam* & *Styriam* constitutis fidelibus nostris, quod Abbas & Conventus Monasterii de *Alta* fideles nostri apud *Wiennam* cum Principibus nostris residentibus representaverunt in curia nostra quoddam scriptum dilecti Principis nostri LUIPOLDI clare memorie quondam Ducis *Austrie* & *Styrie*, ipsis & Monasterio eorum clementer indultum. Cuius tenor talis est. „In Nomi-„ne Sancte & Individue Trinitatis: LIUPOLDUS DEi Gratia „Dux *Austrie* & *Styrie* &c.*)“ Verum quia nostro culmini supplicarunt; ut quia jidem ducatus *Austrie* & *Styrie* ad nostrum & Imperii Dominium Domino favente devenerant, predictum scriptum nominis nostri titulo innovare, & eandem concessam eis per eundem Ducem gratiam concedere & conservare de nostra gratia dignaremur. Nos tanquam, qui excellentiorem locum pre ceteris Principibus optinemus ad tuitionem Ecclesiasticæ libertatis, & pro religiosis locis in statu debito conservandis idem scriptum de verbo ad verbum innovare jussimus, ea quæ continentur in eo, & secundum quod memoratus Dux recognovit eorum justitiam & gratiam conservavit, clementius concedentes, & presentis scripti auctoritate servari mandantes. Ad cujus rei memoriam & robur perpetuo valiturum, presentem paginam fieri jussimus, & Maje-

*) Vid. sup. N. I. an. 1210.

Majeſtatis noſtre ſigillo communiri. Huius autem rei teſtes ſunt. *Rex Poemie*, *Patriarcha Aquilegienſis*, *Maguntinus*, *Salzburgenſis*, & *Treverenſis* Archiepiſcopi. *Bambergens*: & Imperialis Aulecancellarius *Ratisponenſis* Epiſcopi. *Dux Pajvarie*, *Dux Karinthie*, *Langravius Turingie*, & *Saxonie Palatinus Comes*. *Burcravius de Nurenberch*, *Gotfridus de Hohenloch*, & alii quam plures, qui interfuerunt. Datum apud *Wiennam*. Anno Dominice Incarnationis. Millo. Ducentmo. Triceſimo Septimo, Menſe Februarii Decime indictionis.

* Originale cum Sigillo.

Num. V. Incorporatio Parochiæ Spitz. An. 1238.

RUDEGERUS Dei Gratia *Patavienſis* Epus in perpetuum. Speramus nobis eſſe profuturum ad æternæ retributionis premia capeſſenda, ſi per nos Eccleſijs Dei, incommoditatum oneribus aggravatis, & maxime Eccleſijs in noſtro Latere poſitis, quorum devotionem & bone vite converſationem proſpicimus, cottidie oculatim, ſubſidiorum ſeu beneficiorum remedijs ſuccurratur. Speramus etiam nos eorum orationibus intercludi, qui in Domo Domini inſiſtunt inceſſanter Exercitijs Laudis DEi, ſi eisdem per nos Karitatis opera, & temporalis conſolationis neceſſaria miniſtrentur, ut talibus recreati ſtipendijs commodius inſudent officijs divinorum, huius rei cauſa tam preſentibus quam futuris eſſe volumus manifeſtum, quod cum propter malum ſtatum terre Eccleſia *Altahenſis* nobis *Collateralis* ad tantam corruerit egeſtatem, ut fratres inibi Domino famulantes facultatibus pro-

proprijs nequirent ibidem sustentari ad exercitia divinorum. Nos circa ipsos moti visceribus pietatis, & volentes ipsorum inopiam per nos aliqualiter relevari, habito Consensu capituli nostri & Consilio prudentum virorum ad instantiam *Dietmari* Abbatis & sui Conventus, Ecclesiam in *Spize* cum omni jure & utilitate, que de ipsa Ecclesia poterit provenire, dicto Abbati & suis Successoribus ad supplementum præbendæ Fratrum contulimus liberaliter perpetuo possidendam, Salvo tamen jure Diecesani, Archidiaconi & Decani, Salva etiam hospitalitatis consuetudine, quæ ibi debet more solito exerceri. In hac enim collatione præfatum Abbatem & Successores ipsius, eo liberalius respeximus propter DEum, cum ipse & sui Antecessores in *Altach* Jus Patronatus in dicta Ecclesia tenuerint ex antiquo. Et ne super hac collatione sive Donatione dicto Abbati & suis Successoribus per nos facta possit imposterum calumnia suboriri, presentem paginam sigillo nostro & capituli placuit comuniri. Datum *Pataviæ* Anno Dncæ Incarnationis M. CC. XXXVIII. Octavo Idus Decembris Indicttione XII. Pontificatus nostri anno Sexto.

* Originale cum Sigillis Episcopi & Capituli læsis.

Num. VI. Cessio Insulæ Obernwerd. An. 1248.

Ego ALBERTUS de *Hals* per presens scriptum profiteor, quod ego Villam in *Obernwerde* cum omnibus pertinentijs suis, quesitis & inquirendis, principaliter propter DEum, receptis etiam a Domino *Hermanno* Abbate de *Altach* septuaginta quinque libris Ratisponensis monetæ, contuli Ecclesie

Al-

Altachenſi. Et quoniam ab Eccleſia *Patavienſi* ipſam villam, ſicut progenitores noſtri feudaliter poſſidebam, ne forte jus proprietatis eiusdem ville Dominus meus Epus ſed & Capitulum *Paſſav.* denegaret Eccleſie memorate, Ego ad jus Conſervationis miniſterialibus Eccleſie *Altachens.* contuli feudaliter dictam villam, conſentiens per omnia, quod ijdem Miniſteriales ipſum predium pro mille ſexcentis Marcis argenti obligaverunt cum manu mea dicto Domino Abbati & Eccleſie *Altachenſi.* Hec autem omnia feci de Conſilio *Purchardi* de *Weier*, qui tunc meus fuit *Pedagogus*, & bonorum meorum ac hominum Procurator, & militum meorum conſilio videlicet, *Alberti* de *Furt*, *Alberti* de *Oed*, *Chunradi* de *Hochenwart*, *Hartmanni* de *Walxing*, *Rudgeri* de *Chirchberg*, *Engilperg* de *Rechwinſperg*, Iſti autem ſunt miniſteriales Eccleſiæ *Altachenſis*, quibus contuli dictum feudum, *Hartliebus Lamina*, *Ditricus* & *Fridericus* de *Munichdorf*, *Heinricus* de *Oetlingen.* *Tyrolfus* de *Purchſtal*, *Ditmarus* de *Puchof*, *Pabo* de *Urbach.* Predicti omnes, & alij quam plures facti ſunt huius rei teſtes. Actum in *Vilshof.* Anno Incarnationis Dni. M. CC. XL. octavo V. Kalend. Februarij. Et ego *Purchardus* de *Weier*, quia his omnibus interſui preſenti pagine ſigillum meum rogatus a partibus appono in Teſtimonium huius facti.

* Originale cum duobus Sigillis.

Num. VII. Cæsarea confirmatio Immunitatis Mutæ per Austriam. An. 1277.

RUDOLPHUS DEi gratia Romanorum Rex semper Augustus. Universis sacri Imperij Romani fidelibus presentes literas inspecturis gratiam suam & omne bonum. Tocies regie celsitudinis sceptrum extollitur altius, & ipsius status a Domino, a quo datur omnis potestas felicius gubernatur, quociens loca Divino cultui dedita benigna consideratione reguntur, & ad ipsorum libertates servandas & facultates augendas gratiosa Principis benevolentia invenitur. Noverit igitur presens etas, & successura posteritas, quod venientes ad nostre Majestatis presentiam Abbas & Fratres Ecclesie de *Altha* nobis humiliter supplicarunt, quod nos quoddam privilegium ipsis ab illustri FRIDERICO quondam duce *Austrie* traditum & Concessum sibi confirmare de benignitate regia dignaremur, cuius Privilegij tenor talis est: „ FRIDERICUS „ DEi gratia Dux *Austrie* & *Stirie*, & Dominus *Carniole*, „ omnibus hanc litteram inspecturis imperpetuum. Cum no„ stra celsitudo ex gratia & favore speciali Ecclesiarum in„ demptnitatibus nostris cogitet temporibus providere, nec „ non jura eorum, que ex Predecessorum nostrorum concessio„ ne dinoscuntur hactenus habuisse. Ipsis conservare velimus „ presentis scripti testimonio, fratribus Ecclesie in *Altha* in„ feriori, quorum etiam devotio plurimum nos inducit, fa„ vorabiliter indulgemus, ut singulis annis victualia sua, Na„ ves, strues, & alia instrumenta eadem victualia deferentia „ per mutas nostras & telonea in terris, & in aquis liberum

„ trans-

„ tranſitum habeant & ſecurum, his duntaxat exceptis, quod
„ mutarij in tranſitu prime mute ſcilicet in *ſleine* pro jure
„ ſuo recipiant tantum *ſexaginta quatuor den.* & ſic a *ſleine*
„ per *Emarsdorff* usque ad *Ibs* libere pertranſibunt. In ſe-
„ cunda vero muta videlicet in *Ibs* Mutarij pro ſe recipiant
„ duas *pelves*, duas *Cyrotecas*, *piperis* libram unam, In
„ *Muthuſen* & in *Lintza* ſine muta qualibet libere pertrans-
„ ibunt, Et ſic omnes Mutarij noſtri integraliter expediti in
„ aſcenſu & deſcenſu, nullas exactiones amplius facient in
„ eosdem, ſed quemadmodum eſt præmiſſum, liberum in
„ terris & in aquis habebunt tranſitum & ſecurum. Ut au-
„ tem huius modi gratia eis perpetuo debeat conſervari,
„ preſentem paginam ſigillorum noſtrorum munimine juſſi-
„ mus roborari in ejusdem teſtimonium, & cautelam. Da-
„ tum *Patavie* Anno ab Incarnatione Domini. M. C. C. Qua-
„ drageſimo primo, pridie Kal. Marcie. XIIII. Indictione. "
Nos autem eiusdem Abbatis & Fratrum prenotati devotis ſupplicationibus favorabiliter inclinati, predictum privilegium, prout ſuperius plenius eſt expreſſum, & ſicut rite & rationabiliter conceſſum eſſe dinoſcitur, ipſis liberaliter innovamus, & preſenti ſcripti patrocinio de benignitate regia confirmamus. Et ne predicti fratres de navibus, ſeu varis alijs quibuscunque victualia eorum deferentibus, interpretatione ſiniſtra ab aliquibus offendantur, per exactionem indebitam firmiter inhibemus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ innovationis & confirmationis infringere, vel ei in aliquo auſu temerario contraire, quod qui forte attemptare preſumpſerit, gratie noſtre Majeſtatis offenſam ſe noverit

verit incursurum. Testes sunt venerabiles - - *Babenburgens. Leo Ratisponens*: & *Joannes Kymens. Epi.* Nobiles Viri. *Burgravius de Nurenberg*, - - - *de Stubenberg*, *Fridericus de Petovia*, & *Conradus* Capellanus noster, & alii quam plures. In cuius innovationis & confirmationis testimonium & perpetui roboris Firmamentum presens scriptum exinde conscribi, & nostre Majestatis sigillo jussimus communiri. Datum *Wienne* per manus Magistri *Gotfridi* nostri Prothonotarij XI. Kalen. Aprilis. Indicte V. Anno Dni. M. CC. LXXVII. Regni vero nostri anno quarto.

* Originale abstracto Sigillo.

Num. VIII. Immunitas Mutæ concessa Præpositurae Rinchnensi. An. 1277.

RUDOLPHUS DEi Gratia Romanorum Rex semper Augustus Universis Imperij Romani Fidelibus presentes Litteras inspecturis gratiam suam & omne bonum. Dum ad loca religiosa divino cultui dedicata & personas ibidem Domino famulantes benignum convertimus nostre considerationis intuitum, & ipsorum votis rationabilibus benevolum prebemus assensum, superne retributionis apud DEum nobis exinde non ambigimus provenire subsidium, & apud homines boni nominis incrementum. Noverit igitur presens etas, & successura posteritas, quod Nos Celibis vitæ fragrantiam, qua Religiosi viri fratres Cellæ in *Rinichna* preclare per opera sanctitatis Domino militant incessanter, gratiosius attendentes, & propter hoc magnopere cupientes ipsorum Monasterium in

Spiri-

Spiritualibus effe floridum, & in temporalibus opulentum, hanc ipfis gratiam de benignitate regia duximus faciendam, ut vina, que in culturis & decimis fuis jam habent, ad quatuor vel quinque carradas fe extendentia ubique per *Auftriam* tam in terris, quam in aquis, libere deducere valeant, fine cuiuslibet exactione thelonei five mute. Quapropter univerfis officialibus, Judicibus, Theloneariјs & Mutariјs noftris, qui pro tempore fuerint conftituti, fub obtentu gratie noftre diftrictius inhibemus, ne quis contra hanc libertatis & exemptionis noftre gratiam ipfos fratres vel Monafterium ipforum moleftare vel inquietare prefumat, quod qui fecit gravem noftre Majeftatis offenfam fe noverit incurfurum. Datum *Wienne* VI. Kal. Novemb. Indictione VI. Anno Domini Millo. Ducentefimo, feptuagefimo feptimo. Regni vero noftri anno Quinto.

* Transfumptum de An. 1437.

Num. IX. Confirmatio pontificia Privilegiorum & Immunitatum. An. 1281.

MARTINUS Epus Servus Servorum DEi. Dilectis filijs Abbati & Conventui Monafterij de *Altha* Ord. S. Benedicti *Patav.* Diœcefis Salutem & Apoftolicam benedictionem. Solet anuere fedes Apoftolica pijs votis, & honeftis petentium precibus favorem benivolum impertiri. Quapropter dilecti in Domino filij veftris juftis poftulationibus grato concurrentes affenfu, omnes libertates & immunitates a Predecefforibus noftris Romanis Pontificibus, five per privilegia

feu

seu alias indulgentias vobis & Monasterio vestro concessas, nec non libertates & exemptiones secularium exactionum a Regibus & Principibus, ac alijs Xti fidelibus rationabiliter vobis indultas, sicut eas juste ac pacifice obtinetis, vobis & per vos eidem Monasterio auctoritate Apostolica confirmamus, & presentis scripti patrocinio communimus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre confirmationis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem omnipotentis DEi & beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius se noverit incursurum. Datum apud *Urbem veterem* Non. Marcij. Pontificatus nostri anno Primo.

* Originale cum Bulla plumbea.

Num. X. Immunitas boica a Teloneis. An. 1281.

Nos HEINRICUS DEi gratia *Palatinus Comes Reni* Dux *Pawarie*. Per presentes Litteras confitemur, quod nos presentante nobis venerabili Abbate *Volchmaro* de *Altah* inferiori Litteras Karmi Patris nostri Domini *Ottonis* incliti Comitis Palatini Rheni Ducis Bawarie vidimus non viciatas non cancellatas per omnia in hec verba. „ *Otto* DEi Gratia „ *Palatinus Comes Rheni Dux Bawarie* omnibus judicibus, „ Mutarijs & Thelonarijs suis gratiam suam & omne bonum. „ Quoniam Ecclesie de inferiori Altah perpetuo libera indul- „ simus voluntate, ut de victualibus suis per pontes, terras „ & aquas, in nostro districtu nullus Thelonium exigere au- „ deat sive mutam, vobis sub obtentu graie nostre districte

„ pre-

„ præcipiendo mandamus, quatenus gratiam talem ipsi Ec-
„ clesie a nobis concessam nullatenus infringatis, quod si se-
„ cus duxeritis faciendum, nostram vos ob hoc indignatio-
„ nem incurrisse graviter & offensam. Datum *Landawe*.
„ Anno Dni. M. C. C. XLII. XV. Kal. Julij. " Nos itaque volentes pijs Progenitorum nostrorum vestigijs inherere, supradictam libertatem & gratiam eidem Ecclesie *Altah* confirmamus & tenore presentium stabilimus. Datum in *Altah*. Anno Dni. M. C. C. Octogesimo primo, pridie Kalend Junij.

* Originale, abrupto Sigillo.

Num. XI. Reversales civitatum Chrems & Stein de non turbando immunitatem a Muta. An. 1281.

Ego GOZZO Judex, totaque universitas Civium in *Chrems* & *Stein* tenore presentium profitemur, quod existens apud nos Dominus *Volkmarus* venerabilis Abbas de *Altah* inferiori, perplurium Principum *Austrie*, ac precipue Domini nostri RUDOLPHI invictissimi Romanorum Regis Privilegia illibata & valida demonstravit ac probavit lucide & perfecte, quod viris ibidem DEo famulantibus ex favore & gratia est indultum ab eisdem Principibus, ut liberum transitum absque solutione cuiuslibet mute seu thelonei apud civitates nostras habere debeant, descendendo & ascendendo per terras & per aquas cum omnibus rebus ad ipsos pertinentibus quocunque nomine censeantur, Mutarijs apud nos in *Stein* LXIIII. denarijs persolutis. Nos itaque attendentes honestatem eiusdem Ecclesie, immo potius gratiam ipsi factam,

ctam,

ctam, talem libertatem, in qua etiam gaudet prescriptione longissimi temporis, predicto Monasterio recognoscimus, & promittimus inviolabiliter observare, ita videlicet, ut de victualibus eiusdem Monasterij vino scilicet & frumento seu alijs quibuscunque, vasis vacuis, vel repletis, struibus lignorum vel remis in ascensu & descensu per terras seu aquas ultra predictos LXIIII. denarios nihil penitus exigi debeat vel requiri. Si quas etiam res pro suis necessitatibus Provisores ipsius Monrij in nostris civitatibus vendiderint, nullum theloneum seu frumentum aut denarium nos ab ipsis propter hoc debere requirere profitemur. In cuius testimonium presens littera est conscripta, ac sigillorum nostrorum evidentia roborata. Actum Anno Dni. M. Ducentesimo octuagesimo primo in die beati Michaelis.

* Originale cum Sigillo lacero.

Num. XII. Cessio Advocatalis in Curia Erlach. 1281.

Nos *Leutoldus* & *Heinricus* fratres dicti de *Chunring* tenore presentium profitemur, quod cum nos a Domino *Volchmaro* venerabili Abbate de *Altah* inferiori nostra reciperemus feoda, & eidem fidem debiti homagij prestaremus, libera & spontanea voluntate remisimus seu relaxavimus ex integro & in totum omne jus Advocatale, quod nobis & nostris posteris in curia quadam in *Spiz* dictam *in dem Erlech* competere videbatur. Cuius curie est integrum *Erle*, quam Dominus *Chunradus* Provisor Ecclesie *Altachensis* apud *Hermannum* & *Perchtoldum* fratres, quadam summa pecunie compara-

paravit. Promittentes quod eandem curiam cum suis pertinentijs sine cuiuslibet lucri, prestationis seu steurarum subsidio, sed solum divine remunerationis intuitu, a quibuslibet perturbationibus & molestijs pro nostris viribus fideliter defendemus. Ad quod etiam nos & nostros posteros tenore presentium in perpetuum obligamus. Testes *Chunradus de Pilichdorff. Albero de Hohenstain, Heinricus de Hag, Otto de Tirnstain, Otto de Cistenisdorf* milites, *Ulricus* notarius noster. Item de familia predicti Domini Abbatis *Eberhardus* Notarius, *Leupoldus de Haimingen. Heinricus de Purchstal, Dipoldus Painholz. Gotfridus de Puechhof. Hilperdus de Chasperch.* In predictorum autem omnium evidentiam presentem litteram damus Ecclesie Altachensi. Actum in *Neunburch* 11. Idus Septembris Anno Doni. M. C. C. Octogesimo primo.

* Originale, deqciente Sigillo:

Num. XIII. Donatio Decimarum in Hohen- & Marquartstein. An. 1285.

Nos HEINRICUS DEi gratia *Palatinus Comes Reni Dux Bawarie*, omnibus in perpetuum. Et si ex Dono divino, quod nobis nomen Principis condonavit, teneamur singulis Ecclijs proficere, hiis tamen specialius sumus obnoxij, quos magis hospitalitatis oneribus & alijs pijs obsequijs cognoscimus insudare. Sane vacante nobis hereditate fidelis nostri seu ministerialis dicti de *Hohenstain*, decimas omnium reddituum seu proventuum in denarijs & annona, caseis, &

quocunque nomine censeantur, ad granarium nostrum provenientium seu pertinentium Ecclesie sancti Mauricij in *Altach*, donamus, tradimus perpetuo possidendas, volentes, ut tam in presata decima, quam etiam in decima *Marquartstein* contigua jam dudum eis tradita, nullam calumpniam dein Monasterium paciatur, sed eas possideat inconvulse. In cuius rei testimonium tradimus presens scriptum, nostri sigilli robore communitum. Datum in *Geltolfing*. Anno Dni. M. Ducentesimo. L. XXXqnto. In crastina Epiphanie Dni.

* Originale Sigillo abstracto.

Num. XIV. Incorporatio Parochiæ Kirchberg. An. 1289.

Nos WERNHARDUS Dei gratia Ecclesie *Patav.* Epus: per presentia notum facimus universis, quod cum felicis recordationis dominus WOLFKERUS predecessor ad relevacionem celle sancti Joannis Baptiste in *Rinichnach* ad *Altahense* Monasterium pertinentis, in Spiritu pietatis intendens, Ecclesiam in *Kirchperch* in monte *S. Godehardi* sitam cum suis adinentijs in omni juris plenitudine contulisset eidem, sic ut fructibus, & obventionibus ipsius Ecclesie usibus fratrum dicti loci deservientibus, animarum cura ex permissione Abbatis *Altahensis*, cui in totum subest eadem cella, per Monachum regeretur; Processu temporis timentes Monachi maioris Monasterij, quod talis cure Administratio evagandi materiam tribueret, uti omiserunt gracia sic concessa. Verum

quia

quia nobis per dilectum in Chriſto fratrem noſtrum Dominum *Wernhardum* nunc Abbatem in *Altach* paupertas memorate Celle multipliciter inculcatur. Nos volentes tam rerum defectui, quam animarum ſaluti opportuno medicamine providere, quatenus Fratres eiusdem loci Epiſcopalis proviſionis aliquali conſolatione letentur, nec tamen evagatio inveniat ſibi locum, capituli noſtri accedente conſenſu memoratam donationem taliter duximus moderandam, ut cedente, vel decedente *Heinrico* nunc Plebano ipſius Eccleſie, Prepoſitus in *Rinichnach*, qui pro tempore fuerit, fructus & obventiones ſepedicte Parochialis Eccleſie ſine lite percipiat, reſervata congrua portione pro perpetuo Vicario, per Nos & Succeſſores noſtros ad preſentationem Abbatis *Altahens.* ad quem jus Patronatus ſpectare dinoſcitur, inſtituendo ibidem, per quam idem Vicarius poſſit in cumbentia onera canonica ſupportare. Super qua conceſſione preſens benigne porrigimus inſtrumentum, noſtro, noſtrique Capituli ſigillorum munimine roboratum Dat. Patav. An. Dni. M. C. C. LXXX none. IX. Kalen. Decemb.

* Ex Codice diplomatico Bernardi Abbatis.

Num. XV. Confirmata Immunitas a Muta per Auſtriam. An. 1290.

Nos ALBERTUS DEi gratia Dux *Auſtrie* & *Stirie*, Dominus *Carniolie*, *Marchie*, & *Portus - Naonis*, univerſis in perpetuum declaramus. Quod conſtituti coram nobis Honorabiles viri Abbas & Conventus Monaſterij in inferiori

Altah

Altah nobis devotissime supplicarunt, quatenus privilegium quoddam ipsis ab illustre quondam FRIDERICO Duce *Austrie* Antecessore nostro concessum, & per serenissimum Dominum & Genitorem nostrum karissimum, Dnum RUDOLPHUM Romanorum Regem semper Augustum benignitate regia innovatum, sibi etiam innovare de nostra speciali gratia dignaremur. Cuius quidem privilegii tenor per omnia talis est. „RUDOLPHUS DEi gratia Romanorum Rex, semper Augustus &c. *) Nos itaque cum ea, que sanctis locis beneficia vel obsequia divine pietatis intuitu tribuuntur, nulla debeant instabilitate aliquatenus revocari, predictorum Abbatis & Conventus precibus benignius annuentes, prænotatum privilegium favorabiliter duximus innovandum, approbandum, & scripti presentis tum Sigilli nostri appensione patrocinio roborandum. Datum *Wienne*. Anno Dni. M. Ducentesimo, Nonagesimo. XIIII. Kal. Aprilis.

* Originale cum Sigillo læso.

Num. XVI. Ratificatio Locationis Curiæ Pignotern. An. 1293.

Nos OTTO DEi gratia *Palatinus Comes Rheni*, *Dux Pawarie* per presentia declaramus, quod inter venerabilem Dnm *Wernhardum* Abbatem de *Altah* inferiori, suumque Conventum ex parte una, & *Chunradum* de *Nusperch* ex altera super ordinatione Curie in *Pignotern*, site sub castro in Nusperch talis locatio, sicut ex confessione parcium didi-

*) Vid. sup. N. VII.

didicimus, intervenit, quod idem Dominus Abbas predicti Conventus accedente conſenſu, curiam illam cum adjacente *molendino* prenominato *Chunrado* locavit, ipſeque *Chunradus* ſub hoc tenore conduxit eadem: quatenus ſingulis annis in feſto beati *Martini* de ipſis duas libras denariorum & dimidiam Ratispon. Monete in omnem eventum perſolvat Eccleſie jure annue penſionis, non obſtante grandinis, ſterilitatis, vel ignis incommodo, aut alterius cuiuscunque, immo Eccleſia *Altahens.* conſequetur cenſum huius modi non inputatis ſibi caſibus eventuum ſiniſtrorum. *Chunrado* autem negligente ſolvere cenſum impoſitum tempore prefinito locatio ſibi facta penitus evaneſcet, & ordinatio curie in *Pignotern* & *Molendini* predicti ad Monaſterium libere revertetur, quem & Dominus Abbas ab illa villicatione amovere poterit, quandocunque ſuo Monaſterio viderit expedire. Itemque preſcripta locatio ad heredes non transibit, ſed *Chunrado* de *Nusperch* ſublato de medio, curia ſupradicta & Molendinum cum edificijs & inſtrumentis, ac rebus alijs ad Eccleſiam *Altahenſem* integraliter devolvetur. Et ſi hyemali aut vernali tempore deceſſerit, heredes ſui ad ſeminandos campos eſtivos. Sufficientia ſemina ſine contradictione qualibet aſſignabunt. Ad quod etiam in preſcriptis caſibus ipſe vel ſui heredes tenebuntur, hoc eſt ſi amotus fuerit, vel curiam cum Molendino dimiſerit ſua ſponte, Et quoniam ſepe nominato Monaſterio ex debito advocationis in ſuis juribus & tractatibus adeſſe tenemur, & nihilominus devotorum noſtrorum commoda conſervare, volentes locationem huius modi per omnia ſecundum formam expreſſam robur habere, rogati a partibus

pre-

presens instrumentum inde confectum conscribi jussimus, sigillique nostri munimine roborari. Testibus, qui inter fuisse dicuntur contractui subnotatis, qui sunt *Magister Wolfgangus. Heinricus Cellerarius*, & *Heinricus Custos*, *Heinricus Prepositus in Abtsdorff*, *Chuno Capellanus*, *Chunradus Notarius.* Item *Titolfus miles de Purchstal*, & *Heinricus Judex de Puechhofen. Heinricus Aurbeth*, *Ditmarus de Perchann*, *Dypoldus Panholz*, *Altmannus* ac *Pabo de Utting*, & plures alij fide digni. Actum & datum Anno Dni. Millesimo, Ducentesimo, Nonagesimo tertio, pridie Idus Aprilis apud *Straubingam.*

* Originale cum Sigillo læso.

Num. XVII. Renovatio Advocatiæ gratuitæ in Villa Arnpruck. An. 1295.

Nos OTTO, LUDOVICUS & STEPHANUS Dei gratia *Palatini Comites Rheni Duces Bawarie*, per presentia notum facimus universis, quod venerab. vir Dominus *Wernhardus* Abbas inferioris *Althe* pro Ecclesia sua nobis plenariam fidem fecit, quod inclite recordationis ALBERTUS *Comes de Pogen* recognoscens, quod cum quondam PERTHOLDUS *Comes de Pogen frater suus* villam in *Arnpruk* cum suis pertinentijs eidem contulisset monasterio propter DEum, postmodum ambobus ipsis in terram sanctam peregrinantibus prenominatus PERTHOLDUS agens in extremis fratrem rogavit eundem, ut villam ipsam a se DEo & Sanctis oblatam deberet defendere propter DEum nihil questus tereni Advoca-

tie

tie nomine requirendo, qui precibus fraternis annuens reverſus ad patriam, publicata huiusmodi voluntate ſuper gratuita defenſione prenominato Monaſterio ſuum contulit inſtrumentum. Verum quia proceſſu temporis ad nos Comitatu eodem de *Pogen* ex *Succeſſione legitime derivato*, Judices & Officiales noſtri tali gratia in parte aliqua per avariciam & requiſicionem indebitam abutentes, cauſas in eadem villa audire, & judicia exercere ceperunt, propter quod colonitam herbergis, quam expenſis alijs non ſine *Altahens.* Monaſterij prejudicio gravabantur. Nos propinquorum noſtrorum, quibus in domino ſucceſſimus ſemper obſervare ac tueri volentes pias & ultimas voluntates, concedimus & volumus, ut libertate & donatione conceſſa, & fratre ſuo ALBERTO poſtmodum benigna ratihabitione firmata, villa eadem ad utilitatem *Altahens.* Monaſterij perpetuo perfruatur, ita, quod nullus judicum vel officialium noſtrorum in eadem villa vel ei ſubjacentibus judicio preſidere preſumat, ſed ſi colonus illius ville pro exercitio vel executione ſui juris indiget, ipſos ad forum noſtrum in *Viechtah* convocet, cum eis tractaturus ibidem, que ſalvo jure libertatis ac *Altachens.* Eccleſie fuerint pertractanda, maxime cum talis forma ſeu ordinao ipſi Monaſterio a quondam Patre noſtro dulciſſimo felicis memorie juxta AL*berti* Vicedomini noſtri de *Straubinga* informationem fuerit a retroactis temporibus obſervata. In quorum omnium evidens teſtimonium atque robur preſens inſtrumentum ei dedimus, noſtrorum ſigillorum robore communitum. Datum & Actum apud *Ratisponam* Anno Dni. M. CC. Nonageſimo quinto.

* *Originale cum tribus Sigillis quondam adpensis.* Vid. N. III. Ex hoc diplomate rite conficitur, LUDOVICUM ducem, Anno hoc; 1295. superstitem, non jam præcedente, sed sequente fuisse defunctum.

Num. XVIII. Cessio Jurisdictionis in Subditos Spitzenses. An. 1297.

Nos *Leutoldus de Chunring Pincerna Austrie*, & *Albero de Chunring* ob reverentiam DEi & devotum, qui sibi exhibetur in *Altahen.* Monasterio *Patav.* Diœces. famulatum, nec non ob animarum nostrarum remedium & salutem, jura eiusdem Monrij in hijs, que ad nos spectant, ut utilitatibus ipsius Monasterij provideatur, & exemplum bonum nostris successoribus prebeatur, pie duximus tenore presentium declarandum, quod videlicet ipsum Monasterium in suis rebus & hominibus in *Spitz*, sub nostra advocatia, tuicione, seu defensione positis, tales de nostro consensu & beneplacito tenet & possidet libertates quod nec nos, nec Judices nostri culpas aliquas judicabimus hominum eorundem: nisi eas, pro quibus est mortis supplicium infligendum, scilicet furta, homicidia, coitus violentos, de ceteris omnibus preter mutilationes membrorum, judicabunt Ecclesie Provisores. Sed & hec taliter judicabunt, quod in rebus reorum nullum damnum Ecclesia patietur. Insuper recognoscimus provisoribus Ecclesie memorate liberam existere facultatem locandi predia sua vel culturas prediorum colonis, & eos ab illis amovendi. Jusque unius in alterum transferendi, si autem Ecclesie Provisores negligerent, vel non vellent aliquod eorum, que ipsos respiciunt judicare, hoc ipsum supplebunt nostri judices judicando,

In

In cuius rei teſtimonium atque robur preſato Monaſterio damus preſentes Litteras ſigillorum noſtrorum munimine confirmatas. Datum Anno Doni M. C. C. XC. ſeptimo, proxima die Sabbathi poſt feſtum beati Gregorij.

* Originale cum Sigillis.

Num. XIX. Forum Regen datur Monaſterio in compenſationem damnorum. An. 1298.

Nos OTTO DEi gràtia *Comes Palatinus Rheni Dux Bawarie* tenore preſentium profitemur, quod cum Monaſterium inferioris *Althe* nec non & Cella Monachorum in *Rynchna* eidem annexa Monaſterio per impignorationum turbationes damna gravia per nobiles noſtros in Marchia contra noſtrum utique deſiderium ſuſtinuerit his diebus. Nos in recompenſam eorundem predicto Abbati & Monaſterio *Altahenſi*, quo commodius fratres & homines tam ſui ipſius, quam dicte Celle in *Rinchna* digna compenſatione ac reſtitutione debita valeant immo debeant ſublevare, forum noſtrum in *Regen* cum hominibus & juribus inter ipſum forum duntaxat donavimus, tradidimus, aſſignavimus. Ita quod dictum forum, prout eſt expreſſum, tamdiu teneant pacifice, & quiete, donec ipſum nos aut hæredes noſtri a memorato Abbate & Monaſterio pro ducentis Lib. denariorum Ratispon. duximus reemendum, quas in recompenſam damnorum ſibi dedimus illatorum. Addicimus quoque in favorem gratiæ ſingularis, quod Judex noſter in *Viehta*, qui pro tempore fuerit, de hominibus in eodem foro reſidentibus nihil de cætero judicabit,

exceptis illis tantumodo, quæ mortis irrogant Supplicium, nec coram eodem judice alias comparebunt, nisi tribus vicibus in anno prout consueverunt in placito generali, sed idem Abbas aut Judex ipsius de eisdem judicabit, quidquid ad invicem habuerint quæstionis. Et hæc omnia processerunt de charissimi nostri fratris STEPHANI beneplacito & voto. In cuius rei testimonium presentes sibi dedimus Litteras nostri sigilli robore consignatas. Datum & Actum anno Dni. MCC. LXXXXVIII. in exaltatione sancte Crucis apud *Straubingam.*

* Ex codice Diplomatico.

Num. XX. Concessio Episcopalis, ut Ecclesia in Spitz per Vicarium regularem, ad nutum amovibilem regi valeat. An. 1299.

Nos BERNHARDUS DEi gratia Ecclesie *Patav.* Epus ad perpetuam rei memoriam. Tenore presentium confitemur, quod constitutus coram nobis, Dilectus in Christo frater Dominus *Bernhardus* venerabilis Abbas Ecclesie de *Altah* inferioris, privilegium felicis recordationis D RUDIGERI, quondam Ecclesie *Patav.* Episcopi Prædecessoris nostri sigillatum sigillo suo, & capituli *Pataviensis*, nobis & venerabili capitulo nostro non viciatum, non cancellatum, nec in aliqua sui parte læsum, prout de verbo ad verbum presentibus est insertum, exhibuit, nobis humiliter supplicando, quatenus illud recognoscere & renovare, & gratiam *Altahensi* Ecclesiæ concessam ampliare ex paterna liberalitate dignaremur. Est autem dicti privilegij tenor talis.

„ Ru-

„Rudigerus DEi gratia Patavienſis Epus.“ &c. *) N. VII. Nos itaque attendentes, quod Eccleſia *Altahenſis* propter continua hoſpitalitatis onera & frequentia contemplationis officia, quæ ſine intermiſſione incumbunt eidem, ſumme eget noſtræ relevationis beneficiis adjuvari. Ad petitionem ven. Domini Abbatis *Bernhardi* ibidem predictum Privilegium, & omne jus Eccleſie *Altahenſi* competens ex eodem recognoſcimus, & liberaliter renovamus in his ſcriptis, addentes nihilominus de benigno, & expreſſo Capituli noſtri conſenſu, pro divini cultus augmento *Altahenſi* Eccleſie hunc gratiam de gratia Speciali, ut Abbas Eccleſie *Altahenſis*, qui pro tempore fuerit, conſtituendo in *Spitz* Eccleſiam Monachorum ſuæ ordinationi ſubjectam omnino juxta numerum Monachorum ſecundum varietatem & ſtatum terræ moderandum per ipſam Parochialem Eccleſiam in *Spitz* & plebem pertinentem ad eandem, per unum Monachum ſuum, preſentandum nobis ad curam animarum, de noſtris, & Succeſſorum noſtrorum manibus recipiendam in Spiritualibus gubernandi habeat liberam facultatem, quem quidem Monachum totiens mutabit, & alium predicto modo ſubrogabit, quotiens viderit expedire. Salvis Romanæ Eccleſiæ, & Nobis, omnibus oneribus, & juribus canonicis, & hoſpitalitate ſolita, contra que nullam emunitatem concedimus per preſentes. In cuius rei teſtimonium preſentes dedimus Litteras, noſtro & Capituli noſtri ſigillis munitas. Teſtes autem ſunt. *Dns Gotfridus tum Prepoſitus, Wolf. Decanus. Ulricus de Styria*, Magiſter *Engelſchalcus*, *Men-*

* Totus tenor ſup. N. V.

Mengotus de Waldek, *Pilgrinus de Capella*, *Witigo de Lobenſtain*, *Heinricus de Goltniz*, *Schazlanus de Haſslave. Otto & Ludwicus* Notarij & alij ſide digni. Datum *Patavie.* Anno Dni M. CC. Nonageſimo Nono. Octavo Kal. Martij.

* E codice diplomatico.

Num. XXI. Exemtio ducalis a foro quorumdam Judicum. 1299.

Wir OTTO undt STEPHAN uon gottes genaden *Pfallenz grauen* uon den *Rin*, Herzogen in *Paiern*, uerichen und tun kunt an dem brief, das wir umbe den groſſen Dinſt, den uns ze diſen Ziten Aepte *Wernhart* undt des Gottshaus Leute ze *Nideraltach* habent getan, ſi ergezet haben, und in zo genaden haben getan, das wir in und den gotshaus ewiglichen ab haben genomen in den zweyen gerichten ze *Iſerhouen* undt ze *Vichtach* die Riegung, di ſi uon unser Richter gewonheit her habent gehabt, undt haben euch in di genaden geton, das die Richter dreu ehattigen taidnich ſollen haben in den Jahr, an den ſteten, da ſie deu ze recht ſolln haben. Deraines ſej bej dem *gras*, und zwey bey den *Heue*, undt ſol man da nicht riegen, dann dreu dinch, deu am den dodt geant, *Notnunft*, *Totſchlag*, und *Deuſe*, den ſelben dreu Dinnch ſol man richten, und ſwaz an dem gewalt geet, das ſol mann auch richten, und anders nicht. Ander Chlage und ander ſache ſol der Aepte und des Gotshaus Leute richten. Wir haben auch demſelben Aepte und des Gotshaus Leuten ze *Nideraltach* di genade getan, das kein Richter

ter in der Schranne ze Cheinerleyweis ſol uf ſten, dan umb deu drey Dinch, deu an den Dot geen, wir haben auch in die genad getan, der ein geſeſſen mann iſt, ob mann den ueſtent umbe die ſache, die an den dodt geet, das man mit des gutes nicht handeln ſol, an das es in des gerichts ueſtenunge ſej, unzt das Gerichte dar yber erger, und iſt das, das der man geuellet mit den richten, des ſoll der Aepte, noch das Gotshaus an ſeinen rechten noch gut nicht entgelten. Wär aber, das ein man umbe ander ſache, di nicht geent uf den Dodt, beziehet wurde, da ſol man in nicht umbe ueſten der anſeſſig iſt, dem ſelben ſol man fürbieten, und ſol er das recht tun, und haben auch dem Aepte, und den Gotshaus ze *Nideraltach* beſonderlich die genade getan, ob ieman ſej oder werde, der ein Dinch gepeſſert habe, dem Chlager und dem Richter, oder ſich mit aide dauon genomen habe, das der ſelbe cheinen Richter die ſelben ſache icht fürbaz püelſe, und das das den uorgenanten Aepte, dem Gotshaus, und des Gotshaus Leiten zu *Nideraltach* ſtätt Belibe, geben wir im diſen Brief mit unsern Inſigln uerſigleten, und ze eine pene ſetzen wir daruf, das uns der Richter zu *Iſerhouen* als oft er es überuert ſol geben zechent pfunt, undt dem Aepte und dem Gotshaus fünf pfunt, und der Richter uon *Viechtach*, als oft er es überuert, ſo ſol er uns ie geben fünfzechen pfundt. Es ſeint auch an den tadingen gewesen unſer lieber Oheim Graf *geb.* uon *Hürzberch.* *) *Ulriche* uon *Abensberch*, *Wernher* unser *obriſter Schreiber*, *Maiſter Georig unſer Schreiber* und ander uil frumer Leudt. Und iſt

* Hirſchberg.

ist das geschechen ze *Regensburch*, da non Christus Purte waren tausent - zwej - Hundert - Jar, in dem Neun und Neuntzigisten Jar, an dem Palme tage.

* Originale cum duobus Sigillis læsis.

Num. XXII. Cessio dominii directi Curiæ in Hundeldorf. An. 1301.

Nos OTTO & STEPHANUS DEi gratia *Comites Palatini Reni*, *Duces Bawarie*, tenore presentium profitemur, quod cum *Albertus Hœntzinger* Curiam in *Hundeldorf*, que vulgo dicitur *Gailspechenhof*. Quam a nobis tenuit titulo feodali pro se & uxore sua ac liberis suis vendiderit, & per manus nostras tradiderit *Volchmaro* Germano suo Clerico & Notario venerabilis Epi *Eystetensis*, quem etiam protinus oblata nobis a predictis personis de dicta Curia resignatione infeodavimus liberaliter de eadem. Idem vero *Volchmarus* Spiritu DEi ductus memoratam curiam cum jure utilis Dominij, quod ex infeodatione nostra sibi competijt, in remedium Patris sui, Domino *Wernhardo* venerabili Abbati & Ecclesie *inferioris Althe* tradidit & donavit. Nos itaque ad honorem DEi, ac gloriosi Martyris *S. Mauricij*, nec non ob merita memorati Abbatis, quem pio favore prosequimur & affectu, verum ac directum Dominium Curie sepedicte in hiis scriptis donamus & transfundimus, in perpetuos usus, Abbatis, Conventus, ac Ecclesie *Altahens* in cuius rei testimonium presentes litteras sibi dedimus sigillorum nostrorum robore consigna-

signatas. Datum apud *Landawe* Millo, trecentesimo primo. In Dominica quasi modo geniti.

* Originale cum duobus Sigillis læsis.

Num. XXIII. Statutum synodale de celebrando festo S. Godehardi per totam Diœcesin Pataviensem. An. 1302.

WERNHARDUS DEi gratia Ecclesie *Patav.* Epus Dilectis in Xto Fratribus venerabilibus, universis Archidiaconis Decanis, Plebanis & Ecclesiarum Rectoribus per *Pataviens.* Dyœcesin constitutis salutem in eo, qui est omnium vera salus. Sancti & venerandi Patris beati GODEHARDI Confessoris, quem Patria *Bawaria* edidit quasi singularem beatitudinis filium, quem felix Alumpna *Altachensis* Ecclesia inter limites nostre Dycesis nutrivit, & de filio exaltavit in Patrem, quique signorum claritate, vite sanctitate, predicationis utilitate dictam illustravit patriam, & salutem operatus est salubriter in eadem merita recolentes, diem Natalis sui de fratrum nostrorum nobiscum in hac *Synodo* collectorum consilio statuimus & precipimus annis singulis per nostram Dyecesin cum pleno divinorum officio venerabiliter & perpetuo celebrari, harum testimonio literarum nostro sigillo munitarum, Datum & actum *Patavie in celebratione Synodi* Anno Dni M. CCC. 2do. X. Kal. Julij.

* Originale abstracto Sigillo.

Num. XXIV. Fundatio Anniversarii. An. 1304.

Ich *Reicher Vizdomb von der Rott* uerrich offentlich an disen brif, das ich durch meine voruodern Salde und heil, und besunderlich durch genaden willen inen selbens sel und leibes, bey mir lemtigen, und mit uerdachten Mut gegeben han dem Ersamen gotzhaus ze *Nideraltach* mein aigen, das ich han ze *Erchmanstorff* nach meinen tode, also swenne ich nicht enepin, so ist das aigen dem uorgenanten gotzhaus an aller meiner hausfrauen, undt meiner Erben, ob ich die noch gewinne, widerrede, und soln si mit der gemäin der Samung einen Jahrdag begen mit singen undt mit Messen als gewonleich, und sietleich ist, und ze Vrchundt undt ze Stätigun diser sach sol man den selben Gotzhaus alle Jar pei mir lemtigen geben uon den selben aigen vier undt zwainzig pfening, daz, daz also stät beleib, darumb so geb ich in disen brief uersiglet mit meinen Insigl. Der brief ist gegeben ze *Landtshut*, da uon Christus purt waren Tausent Jahr, und dreyhundert Jahr in den vierten Jar an Sand Erasmus Dag.*

* Originale cum Sigillo.

Num. XXV. Confirmatio ducalis prædictæ fundationis. 1304.

Nos OTTO & STEPHANUS DEi gratia *Comites Palatini Reni*, *Duces Bawarie* tenore presentium profitemur, quod *Reicherus Vice dominus noster de Rota* curiam suam

sitam

ſitam in *Erchtmanstorf* cum omnibus ſuis pertinentijs queſitis & inquirendis venerabili Abbati Domino *Wernhardo* & Eccleſie *inferioris Althe* in remedium anime ſue per manus noſtras tradidit & donavit, ita videlicet, qnod ipſe *Reicherus* in eadem uſum fructum diebus habeat vite ſue, & dicta curia poſt tempora vite dicti *Reicheri* uſibus perpetuis memorate Eccleſie *Altahenſis* debeat, ut premiſimus, cum omnibus ſuis pertinentijs applicari. Ipſe vero Abbas de conſenſu ſui conventus predicto *Reichero* noſtro *vicedomino* hanc fecit gratiam vice verſa, quod ipſe curiam, quam in eadem villa *Erchmanstorf* memoratus Abbas & Eccleſia *Altahenſis* jure poſſident proprietatis pro tempore vite ſue tantumodo cum ſuis uſibus poſſidere debeat & tenere. Et ſic ambe curie in *Erchmanstorf* ſupradicte poſt mortem dicti *Reicheri* noſtri *vicedomini* cedere debeant irrevocabiliter, & ſine conditione qualibet in uſus perpetuos ſepeſate Eccleſie *Altahenſis*. In cuius ſiquidem contractus & donationis memoriam preſentes damus ſigillorum noſtrorum robore cummunitas. Datum apud *Landshutam* Millmo Trecenteſimo quarto in die beati Erasmi Martyris.

* Originale cum duobus Sigillis læſis.

Num. XXVI. Incorporatio Parochiæ Schwarzach inferioris. An. 1304.

WERNHARDUS DEi gratia Eccleſie *Patavienſis* Epiſcopus Omnibus in perpetuum. Etſi indiſtincte ſingulis Eccleſijs Dyeceſis noſtre ad preſtationem beneficiorum pater-

bus & etiam alijs causis rationabilibus motus idem Epus super hijs vobis desiderans, quantum erat in eo, de alicuius subventionis auxilio providere, vobis & eidem Monasterio Parochialem Ecclesiam in *Regen Pataviensis* Diocesis, que de jure Patronatus vestri fuerat, prout est, ad hoc dilectorum filiorum Capituli *Pataviensis* accedente consensu auctoritate ordinaria perpetuo incorporavit, annexuit, & univit, & in ea perpetuam vicariam instituit nihilominus pro perpetuo vicario inibi pro tempore Domino servituro, de huiusmodi fructibus redditibus & proventibus portione congrua assignata, de qua idem Vicarius sustentari, Episcopalia jura solvere, & alia sibi incumbentia onera posset, ut poterit congrue supportare, prout in quibusdam patentibus Litteris eorumdem Epi & Capituli sigillis munitis dicitur plenius contineri. Cum autem, sicut eadem petitio subjungebat, vos timeatis, quod incorporatio, annexio & unio predicte ex certis causis, juribus, non subsistant, pro parte vestra fuit nobis humiliter supplicatum, ut eandem Ecclesiam, cuius decem & octo eidem Monasterio vestro, cuius ducentarum Marcharum argenti, fructus, redditus & proventus secundum communem exstimationem, valorem anuum, ut asseritis, non excedunt, de novo incorporare, annectere, & unire de speciali gratia dignaremur. Nos igitur huiusmodi supplicationibus inclinati, eandem Ecclesiam cum omnibus juribus, & pertinentijs suis dicto Monasterio auctoritate Apostolica perpetuo incorporamus, annectimus & unimus. Ita quod cedente vel decedente dilecto filio moderno Rectore Ecclesie predicte, vel alias illam quomodolibet dimittente, liceat vobis Ecclesie, ac jurium, &

per-

pertinentiarum, predictorum corporalem poſſeſſionem libere apprehendere, & licite perpetuo in uſus veſtros retinere Diocefani Loci, vel cuiuslibet alterius licentia ſeu conſenſu ſuper hoc minime requiſitis. Proviſo tamen, quod ſi dicta portio ſufficiens non ſit, adeo de huiusmodi fructibus, redditibus, & proventibus eiusdem Eccleſie augeatur, quod dictus vicarius inibi inſtituendus congrue vivere, jura predicta ſolvere, & alia ſibi in cumbentia onera huiusmodi valeat ſupportare, Non obſtantibus, ſi aliqui ſuper proviſionibus ſibi faciendis de Parochialibus Eccleſijs, vel alijs beneficijs Eccleſiaſticis in illis partibus ſpeciales vel generales Apoſtolice ſedis vel Legatorum eius Litteras impetrarint, etiamſi per eas ad inhibitionem, reſervationem & decretum, vel alias quomodolibet ſit proceſſum, quas quidem litteras, & proceſſus habitos per easdem & quecunque inde ſecuta ad prefatam Parochialem volumus non extendi, ſed nullum per hoc eis quo ad aſſecutionem Parochialium Eccleſiarum aut beneficiorum aliorum prejudicium generari, & quibuscunque privilegijs, indulgentijs & Litteris apoſtolicis generalibus vel ſpecialibus, quorumcunque tenorum exiſtant, per que preſentibus non expreſſa vel totaliter non inſerta effectus earum impediri valeat quomodolibet vel differi, & de quibus, quorumque totis tenoribus habenda eſſet in noſtris Litteris mentio ſpecialjs. Nos enim ex nunc irritum decernimus & inane, ſi ſecus ſuper hijs a quoquam quavis auctoritate ſcienter vel ignoranter contigerit attemptari. Nulli ergo &c. ſi quis autem &c. Datum *Romæ* apud S. Petrum II. Idus Auguſti, Pontificatus noſtri Anno ſecundo.

* Originale.

Num.

Num. LIII. Renovata incorporatio Parochiæ Auerbach. 1401.

BONIFACIUS Epus Servus Servorum DEi, Dilectis filijs Abbati & Conventui Monasterij in *inferiori Altach*, ordinis S. Benedicti *Pataviensis* Diocesis salutem & Apostolicam Benedictionem. Sacre Religionis, sub qua devotum & sedulum exhibetis altissimo famulatum, promeretur honestas, ut votis vestris, illis presertim, per que vestris, & Monasterij vestri commoditatibus consulitur, quantum cum Deo possumus, favorabiliter annuamus. Dudum siquidem pro parte vestra nobis fuit expositum, quod Monasterium predictum, in quo Quinquaginta & plures Monachi numero residebatis, secundum instituta & regularem observantiam ordinis sancti Benedicti, cuius Professores eratis, laudabiliter viventes, *prope litus fluminis Danubij* situm existeret prout existit, & quod idem flumen sepius adeo inundaret, quod impetus aquarum dicti fluminis litus huiusmodi absorberet, & adeo dicto Monasterio ac domibus & edificijs suis appropinquaret & flueret, quod vos in conservando litore huiusmodi & aggeribus ac alijs necessarijs restauracionibus, & etiam in hospitalitate, quam tenebatis continue magnas expensas facere vos oporteret, & etiam propter maliciam temporis & querras, que in illis partibus alias viguerant, multa debita etiam sub usuris contraxissetis, in quibus obligati fuistis, prout estis, diversis creditoribus restris, & adeo fructus, redditus & proventus dicti Monasterij diminuti erant, quod expeasas facere, hospitalitatem tenere, & alia vobis incumbentia onera nequibatis

batis congrue ſupportare. Nos tunc inter cetera Parochialem Eccleſiam in *Auerbach Patavienſis* Diocefis, que de jure Patronatus eiusdem Monaſterij exiſtebat, prout exiſtit, cum omnibus juribus & pertinentijs ſuis eidem Monaſterio auctoritate Apoſtolica perpetuo incorporavimus, annexuimus, & univimus, prout in noſtris inde confectis Litteris plenius continetur. Cum autem nos nuper videlicet XI. Kal. Januarij Pontificatus noſtri Anno quartodecimo caſſaverimus, irritaverimus, & annullaverimus omnes uniones Parrochialium Eccleſiarum ſive per nos, ſive per Predeceſſorem noſtrum immediatum, ac etiam per quos vis ordinarios factas, quibuscunque Eccleſijs, Monaſterijs vel alijs Locis, que nondum erant ſortitæ effectum, ac incorporatio, annexio, & unio predicte eidem Monaſterio de dicta Eccleſia in *Auerbah*, ut premittitur, facte, que ſicut exhibita nobis nuper pro parte veſtra petitio continebat, nondum ſortite fuerunt effectum, ſub huiusmodi caſſatione, irritatione & annullatione intercluſe fore noſcantur, pro parte veſtra nobis fuit humiliter ſupplicatum, ut ob cauſas ſuperius expreſſas Eccleſiam in *Aurbach* predictam eidem Monaſterio in relevamen onerum, & ad conſervationem Monaſterij, domorum, & edificiorum predictorum de novo unire, annectere & in corporare de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos itaque hujusmodi ſupplicationibus inclinati Eccleſiam in *Aurbach* predictam, cum omnibus juribus & pertinentijs ſupradictis eidem Monaſterio, cuius ducentarum & viginti quinque Marcharum argenti, fructus, redditus, & proventus ſecundum communem exſtimationem, valorem annuum, ut aſſeritur, non excedunt, ob cauſas ſupra-

pradictas in relevamen onerum predictorum de novo in perpetuum eadem auctoritate tenore presentium unimus, annectimus, & incorporamus. Ita quod cedente vel decedente Dilecto filio Rectore dicte Ecclesie in *Auerbach* qui nunc est, vel Ecclesiam ipsam alias quomodolibet dimittente, liceat vobis per vos & alium seu alios Ecclesie in *Auerbach*, ac jurium & pertinentiarum predictorum corporalem possessionem libere apprehendere & perpetue retinere, Diocesani Loci vel cuiuscunque alterius licentia seu consensu super hoc minime requisitis, reservata tamen de huiusmodi fructibus, redditibus, & proventibus ipsius Ecclesie pro perpetuo vicario ipsius Ecclesie inibi domino servituro, congrua portione, de qua idem vicarius valeat congrue sustentari, Episcopalia jura solvere, & alia sibi incumbentia onera supportare. Non obstantibus premissis, ac quibuscunque constitutionibus & ordinationibus Apostolicis, & alijs contrarijs quibuscunque. Seu si aliqui super provisionibus sibi faciendis de huiusmodi vel alijs beneficijs Ecclesiasticis in illis partibus speciales vel generales Apostolice sedis vel Legatorum eius Litteras impetrarint, etiamsi per eas ad inhibitionem, reservationem & decretum, vel alias quomodolibet sit processum, quas quidem Litteras & processus habitos per easdem & quecunque inde secuta ad prefatum Ecclesiam in *Auerbach* volumus non extendi, sed nullum per hoc eis quo ad assecutionem beneficiorum aliorum prejudicium generari, & quibuslibet privilegijs, indulgentijs & litteris Apostolicis generalibus vel specialibus quorumcunque tenorum existant

iſtant, per que preſentibus non expreſſa, vel totaliter non inſerta effectus earum impediri valeat quomodolibet vel differri, & de quibus, quorumque totis tenoribus de verbo ad verbum in noſtris litteris habenda eſſet mentio ſpecialis. Nos enim ex nunc irritum decernimus & innane, ſi ſecus ſuper hijs a quoquam quavis auctoritate ſcienter vel ignoranter contigerit attemptari. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtre unionis annexionis, incorporationis & conſtitutionis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare preſumpſerit indignationem omnipotentis DEi & beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum eius ſe noverit incurſurum. Datum *Rome* apud S. Petrum VI. Idus Januarij Pontificatus noſtri Anno quintodecimo.

* Originale.

Num. LIV. Privilegium vſus Pontificalium. An. 1404.

BONIFACIUS Servus Servorum DEi, Dilectis filijs Abbati & Conventui Monaſterij ſancti *Mauricij in Inferiori Altach* ordinis ſancti Benedicti *Pataviensis* Dioceſis ſalutem & Apoſtolicam Benedictionem. Expoſcit veſtre devotionis ſinceritas, & Religionis promeretur honeſtas, ut tam vos, quos ſpeciali dilectione proſequimur, quam Monaſterium veſtrum dignis honoribus attollamus. Volentes igitur vos, quibus alias, ut Abbas dicti Monaſterij exiſtens pro tempore mitra

& annulo uti valeat, a sede Apostolica dicitur fore indultum, premissorum intuitu favoribus prosequi gratiosis, vestris in hac parte supplicationibus inclinati, ut tu fili Abbas & Successores tui Abbates dicti Monasterij, qui pro tempore fuerint, etiam Dalmatica & alijs Pontificalibus insignijs libere possitis uti nec non, quod in dicto Monasterio benedictionem solemnem post missarum, vesperarum & Matutinarum solemnia, dumodo in benedictione huiusmodi aliquis Antiotes vel sedis predicte Legatus presens non fuerit, elargiri possitis, felicis recordationis ALEXANDRI P. P. IIII. Predecessoris nostri, & alijs quibuscunque constitutionibus Apostolicis in contrarium editis nequaquam obstantibus, vobis & eisdem successoribus auctoritate Apostolica de speciali gratia tenore presentium indulgemus. Nulli ergo &c. Si quis autem &c. Datum *Rome* apud sanctum Petrum VI. Idus Januarij, Pontificatus nostri Anno Quintodecimo.

* Originale.

Num. LV. Privilegium consecrandi Calices &c. An. 1404.

BONÍFACIUS Servus Servorum DEi, Dilectis filijs Joanni Abbati & Conventui Monasterij sancti *Mauricij in Inferiori Altach* ord. S. Benedicti *Pataviensis* Diocesis salutem & Apostolicam Benedictionem. Sincere Devotionis affectus, quem ad nos & Romanam Ecclesiam geritis, singularis quoque dilectio & benevolentia specialis, quibus vos & Monasterium vestrum prosequimur, solicitant mentem nostram, ut

ea

ea vobis libenti animo concedamus, que veſtris agnoſcimus neceſſitatibus oportuna. Cum itaque ſicut exhibita nobis nuper pro parte veſtra petitio continebat, vobis ſit difficile non modicum, & etiam diſpendioſum pro conſecrandis calicibus & alijs vaſis ac ornamentis ſive paramentis Eccleſiaſticis ad divinum cultum requiſitis, quotiens expediat, ad loci ordinarium habere recurſum, pro parte veſtra vobis fuit humiliter ſupplicatum, ut providere vobis ſuper hoc de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos igitur volentes vos & Monaſterium ipſum prerogativa proſequi gratie & honoris, huiusmodi ſupplicationibus inclinati, ut tu fili Abbas, & Succeſſores tui Abbates eiusdem Monaſterij, qui erant pro tempore, calices & alia vaſa ac ornamenta nec non paramenta in dicto Monaſterio pro huiusmodi cultu divino pro tempore neceſſaria conſecrare libere & licite poſſitis. Conſtitutionibus Apoſtolicis ac Statutis, & conſuetudinibus ordinis veſtri & dicti Monaſterij & alijs contrarijs nequaquam obſtantibus devotioni veſtre auctoritate Apoſtolica tenore preſentium indulgemus. Nulli ergo &c. Si quis autem &c. Datum *Rome* apud S. Petrum VI. Idus Januarij, Pontificatus noſtri Anno Quintodecimo.

* Originale.

Num. LVI. Confirmatio boica Privilegiorum. An. 1404.

Wir HAINRICH uon Gotes genaden *Pfallenzgraf bey Rein* undt *Herzog in Bayern &c.* Bechennen offenlich mit dem brief, das wir den geiſtlichen Läuten, uns beſunderlieben

ben dem Abbt undt dem Convent dez Gotzhaus zu *Nidern-altach* alle ir brief undt hantfest, dy sy uon unsern vodern der Herschaft zu Bayern habend umb Ir freyung Salz an unser Mauttstatt zu *Purkhausen* umb gült aus unsern Chästen *bey der Rot*, undt zu *Griespach*, undt was sy sünst genaden Rechten, undt freyheit habend, als das dieselben ir brifaigenlich ausweisend, uerneuert, Krefftigt undt bestätt haben, uerneuern, Krefftigen, undt bestätten In sy auch in Krafft ditz brifs, mit allen den Puncten und Artikeln, als dy uon wort zu wort darinne geschriben stend, und begriffen sind, und sunder als sy di uon unsern Vater *Hertzog* FRIDRICHEN Säligen bis an uns herbracht habend. Wir gebietten auch allen unsern Ambtleuten, Vitztumben, Pflegern, Richtern, Mautern, Chastnern und allen andern den unsern das ir sy bey den egenanten genaden freiheit undt rechten haltet, darzu schirmet, undt niemant gestattet, der In Chainen Krankh oder Irrung daran tue, das ist unser ernstlich will und maynung gänzlich, des zu urkhund geben wir In den brif mit unsern anhangenden Insigel uersigelt, als man zalt nach Kristi gepurd Vierzechenhundert Jar, und auch in dem virden Jar an Freytag uor sand Symonstag.

* Originale abstracto Sigillo.

Num. LVII. Nova incorporatio Parochiæ Auerbach. 1406.

GEORGIUS DEi & Apostolice gracia Epus *Patav.* Ad perpetuam rei memoriam. Constitutus in presentia nostra vene-

venerabilis Dilectus in Xto *Johannes* Abbas Mon. *Alte Inferioris*, ord. S. Benedicti nostre Diocesis proposuit coram nobis, quomodo sanctissimus Dominus noster BONIFACIUS divina providentia Papa nonus felicis memorie ex summe arduis necessitatibus ipsum & Monasterium suum predictum urgentibus, & coram eodem Domino nostro propositis Ecclesiam Parrochialem sancti *Pangracij in Aurbach* eiusdem nostre Diocesis, cuius jus - Patronatus ad ipsos pertinere dinoscitur, pro dictis necessitatibus comodosius supportandis Monasterio predicto perpetue incorporavit in forma consueta, quam habere volumus pro expressa. Postea vero Idem Dominus noster ex causis animum suum moventibus cassavit, irritavit, & annullavit omnes & singulas incorporationes per ipsum & Prædecessorem suum, quoscunque Ordinarios locorum factas, quibuscunque Ecclesijs, Monasterijs vel personis, inter que etiam incorporatio dicte Ecclesie in *Aurbach* presumebatur inclusa, que nondum effectum sortita fuit. Demum vero ad supradicti Abbatis devotam & sepius continuatam instantiam Idem Dominus noster attentis huiusmodi necessitatibus coram sanctitate sua iterato & reiterate propositis, pie & paterne motus supradictam Ecclesiam in *Aurbach* post revocationem & annullationem incorporationum predictarum ex causis prius coram ipso propositis, iterato eidem Monasterio incorporavit, annexuit & univit. Ita quod cedente vel decedente Rectore, qui tunc erat, liceret dicto Abbati & Conventui possessionem eiusdem licite apprehendere & tenere, servata tamen pro perpetuo Vicario inibi instituendo congrua portione, unde posset jura Episcopalia solvere, &

alia

alia incumbentia onera ſupportare, prout hec omnia in litteris Apoſtolicis deſuper conceſſis clarius deſcribuntur. Vacante vero poſtea dicta Parrochiali Eccleſia per obitum *Wernhardi* Rectoris ultimi & immediati ipſius, ſupradicti Abbas & Conventus dictarum litterarum Apoſtolicarum vigore poſſeſſionem eiusdem Eccleſie apprehenderunt, & perpetuo vicario inibi inſtituendo portionem congruam deputaverunt, matura ſuper hoc deliberatione habita per omnia in hunc modum videlicet, quod deinceps quilibet vicarius omnes & ſingulos fructus dicte Eccleſie recipere debet, ſicut eosdem Rectores ipſius hucusque receperunt, & de eisdem Abbati pro tempore exiſtenti & Monaſterio predicto ſingulis annis dare & ſolvere duodecim Libras denariorum Ratisponens: ſingulis quatuor temporibus tres libras, reſiduos vero fructus pro ſe ad cultus divini peractionem ſine omni diminutione, prout hactenus obſervatum eſt, pro ſupportatione jurium Epiſcopalium, & ſupportatione aliorum onerum ſibi incumbentium debet ſuis uſibus reſervare. Nos vero receptis de huiusmodi congrua porcione informationibus, ipſam ſufficientem pronunciamus, & ad ipſius Abbatis devotam peticionem huiusmodi contractum congrue portionis, & omnia premiſſa auctoritate ordinaria & ex certa ſcientia confirmamus, voluntes ipſa habere robur perpetue firmitatis. Ne autem impoſterum tam inter predictum Abbatem, quam Vicarium pro tempore exiſtentem alique lites & controverſie eveniant, per has noſtras Litteras taliter duximus ordinandum, quod poſtquam idem Abbas & Conventus annuatim expediti ſunt de ſupradictis duodecim Lib. denar. Ratisponens. quod tunc ab

eodem

eodem Vicario nihil amplius petere debent, nec ipſum in hoſpitalitatibus, vel alijs vexationibus aliqualiter aggravore. Econverſo etiam dictus Vicarius ſingulis quatuor temporibus ſine protractione predictum cenſum perſolvere debet Abbati & Monaſterio ſupradictis, & ad dictum Monaſterium deducere ſuis ſumptibus & expenſis, & ſi hoc non faceret, nos ipſum ſuſpendimus a divinis, & ſi ipſe per quindecim dies imdte ſequentes dictam ſuſpenſionem toleraret, ex tunc ſibi ingreſſum Eccleſiæ noverit interdictum, ſi vero hoc idem ſuſtiueret animo indurato per alios quindecim dies, ex tunc ipſum excommunicationis ſentencijs volumus ſubjacere, & ipſius abſolutionem nobis vel ſucceſſori noſtro tantumodo reſervamus. Adicimus etiam, quod quotiescunque in dicti cenſus ſolutione repertus fuerit negligens vel remiſſus, totiens nobis vel ſucceſſoribus noſtris ſolvere debet ſex florenos, & ſuper eo Abbas pro tempore exiſtens eundem Vicarium nobis denunciare tenetur, ſuper quo ſuam conſcientiam oneramus. In cuius rei evidens teſtimonium & certitudinem pleniorem preſentes damus Litteras noſtri ſigilli maioris appenſione communitas. Datum *Patavie* die ſexta menſis Februarij. Anno Domini Millmo-Quadringenteſimo Sexto.

Num. LVIII. Erectio novæ Parochiæ in Ingolſtatt ſine præjudicio antiquæ. An. 1407.

In Gottes Namen Amen. Wür STEPHAN undt wir LUDWIG boid uon Gots genaden *Pfallenzgrafen bei Reyn und Herzogen in Bayrn &c.* Bechenen und tun chunt offenlich

mit

mit dem brif für uns und all unser Erben, und Nachchomen, allen den die In ansechend oder hörent lesen, daz wir angesechen haben die vergänkhlichen zeit aller irdischer ding, undt bedacht die beleibenlichen der himmlischen, die ein yeglich Cristen mensch pilleich bedenkht, In entrichnusen der unbeleibenlichen, und auch den fustriten unser uodern Säligen gedächtnus in allen löblichen Dingen, waz got ein lob ist, allzeit pillich nachfolgen in heilichait. Vmb sölich gros gebrechen, alz unser lieb getreu, die Burger gemainlich Reich und Arm in unser Stat ze *Ingolstat*, Langzeit an irer Pfarr zu *Saud Morizen ze Ingolstat*, und an den Freythof daselben gehabt undt gelitten habend, wan In diselb Pfarr zu Klain, undt der freythof zu eng gewesen ist, und noch ist, daz man die grebnus der Toten daselben nicht gehaben, und die Leichnam nicht wol begraben mag, dez wir aigenlich erweist sein undt erfundten, daz daz ein warheit ist. Nu habend die egenant unser Lieb getreu der Rat, und die Burger unser Stat zu *Ingolstat* mit unser hülf undt füdrung got dem Allmechtigen zu Lob, und in den Ern der Hochgelobten Junkfrauen MARIÆ seiner Muter der *erwigen Maid*, ain Kirchen undt einen Chor mit Holzwerch gebauen undt aufgericht, und einen freithof dabei mit ainer Mauer umbfangen in der egenant unser Stat *Ingolstat*, daz ein anfankh sol sein, und ist, einer neuen Pfarr, die wir daselbs hin maynen, undt wellen, pauen undt Stüften, der worten, daz daz Lob gotes, und die Er seiner wirdigen Muter MARIÆ, und aller Heiligen desterbaz uolbracht, und der Dünst, Hilf und füderung aller gelaubigen Seel, dester mer gefüdert und

gemert.

gemert werde. Vnd wan uns der Erſam unser Lieber andechtiger *Joannes Abbt zu Nidernaltach in Paſſauer* Biſtumb gelegen, und der Convent daſelben, die der uorgenanten ſand Morizen Pfarr Lechenherrn ſind, die Lieb getan habent, das ſi uns günnt, und Ihren willen darzu getan habend, daz wir diſelben neuen Pfarr, pauen und ſtüfften mügen und wellen in unser eigen Stat zu *Ingolſtat*, darumb haben wir In die genad getan, und uerſprechen In auch bei unsern fürſtlichen gnaden, daz In und Iren Gotzhaus die uorgenant neu Pfarr an irer *Lechenſchaft Sand Morizen Pfarr*, an Iren *tailzechenten grosen und Kleinen*, und an irer widen, die Si habent, Keinen ſchaden brüngen ſol, und genzlich unſchedlich ſein. Es ſol auch die Lechenſchafft der neuen Pfarr alzeit bei uns obgenanten Fürſten beleiben, und ſullen wir oder der Elter under uns *Herrn uon Bayrn*, der dan Herr zu der ſelben zeit iſt ze *Ingolſtat*, die Leichen, wer uns darzu gefellt, doch daz derſelb, denn wir die neuen Pfarr alſo leichen, dem uorgenant Abbt zu *Nideraltach*, und dem Convent daſelben uerſprechen ſoll, die Pfarr zu halten In an iren obgenanten zechenten, widen und Lechenſchafft, alz vorgeſchriben ſtet, an ſchaden, und unentgolten, und daz alles zu einen waren Vrchundt und ewigen gedechtnus geben wir obgenant fürſten den brif mit unsern anhangenten Inſigln uerſigleten. So bechennen wir, der Rat, und die Burger gemainleich der Stat ze *Ingolſtatt*, daz wir aller uoruorſchriben Sach, Punct, und Artikl, der ſich unser obgenant Gnedig Herrn verſchriben undt uerbrift habent, treulich Stät halden wellen, On geuerde, vnd dez haben wir unser

ſtat Inſigl an dem brif gehangen, daz iſt geſchechen, an den Heiligen Obriſten *) Abend, do man zalt uon Chriſti geburt Vierzechenhundert Jar, undt darnach in den ſibenten Jar.

Num. LIX. Ceſſio Jurisdictionis in Curiam Erlach. 1409.

Ich *Ott uon Meiſſan Oberiſter Marſchalch und Obriſter Schenkh in Oeſterreich*, Bechenne offenleichen mit den brief, umb die Recht, Freyheit, und genad, als weiland die Edelen mein Lieb Oheim guter Gedechtnus *Leutolt* undt *Heinraich* geprüder uon *Kunring* dem gotzhaus ze *Nidernaltach* und iren Leuten und guth mit iren brief getan haben, als der hernach an disen meinen brief uon wort zu worten aigenleichen geſchriben ſtet, also: „ Wir *Leutolt* undt *Hainreich* „ geprüder uon *Kunring*, uergechen mit den gegenwerti- „ gen brife, das wir, da wir unser Lechen namen, uon „ Her *Volchmar* dem Erwirdigen Abbte ze *Nideraltach*, und „ in gaben unser treu der billeichen Manſchaft. Haben mit „ freyen willen Laſſen ganz und gar alles vogtrecht, das „ uns und unsern Nachkhomen, an dem hoffe ze *Spiz* ge- „ nant in dem *Erlach*, angehört, des ain ganz erb iſt, den „ Her *Conrat* des gotshaus zu *Altach Pfleger* uon *Hermann* „ undt *Berchtolden* geprüdern umb ein genante Sum gelts ge- „ kauft hat, und haben demſelben Abbte gehaiſſen, das wir „ denſelben Hof mit aller ſeiner Zugehörung an alle Myet „ und an alle Steuer, ſunder allein umb den göttleichen Lon

„ uor

*) In Vigilia Epiphaniæ.

„ uor aller Betrübung, und uor aller Laidigung nach unsern
„ uermügen treileich beſchirmen wollen. Vnd zu dem uer-
„ pünd wir uns und unser Nachkhomen mit dem gegenwer-
„ tigen Brief ewikhleich. Des ſind, gezeugen *Conrat uon*
„ *Pilichdorff*, *Alber uon Hochenſtain*, *Heinreich uon Hag*,
„ *Otto uon Tyrenſtein*, *Otto uon Staufdorf* alle Ritter. *Vl-*
„ *reich* unser Schreiber, und uon des obgenanten Herrn des
„ Abbts Hoffgeſind, *Eberhard* ſein Schreiber, *Leupoldt uon*
„ *Hayming*, *Hainreich uon Purkhſtall*, *Leupoldt Panholz*,
„ *Gotfrid uon Puchofen*, *Hilprant uon Käsberg*, und des
„ alles zu einen ſichtigen Vrchundt geben wir den gegen-
„ wärtigen brief dem gotzhaus ze *Altach*, das iſt geſchri-
„ ben ze Neunburg an den dreitzechenten dag des erſten
„ Herbſtmaned, da man zalt uon Chriſtus gepurt zwelif hun-
„ dert Jar, und ains und achtzig Jar. " *) Die ſelben ob-
geſchriben Freiheit genad und Recht beſtet in demſelben Gotz-
haus für mich, mein Erben, undt nachkomen auch wiſſent-
leich, undt in Kraft des gegenwertigen briefs uerſiglet mit
meinen angehangenen Inſigel. Geben ze *Horn* nach Chriſtes
gepurt viertzechen hundert Jar, undt darnach in dem Neun-
ten Jar am Sambſtdag nach Gozleichnambtag. (Corporis
Chriſti.)

Num.

*) Vide ſupra Num. XII.

Num. LX. Confirmatio austriaca Privilegiorum. An. 1411.

Wir LEUPOLT von Gottes genaden *Hertzog ze Oesterreich*, ze *Steyr*, ze *Kernden*, und ze *Krain Graue ze Tyrol &c.* Bekennen daz wir den erbern geistlichen unsern Lieben andechtigen den Abbt zu *Nideraltach*, und daselbs sein Gotzhaus mit sambt allem seinen Leutten undt güettern, so er in unsern Lande ze *Oesterreich* gelegen hat, in unsern sundern Scherm und gnad genomen haben, und nemen auch wissentlich mit dem Brief in solchermass, daz wir maynen, daz er und die seinen von yemanden wider Recht nicht gedrungen noch beschwert sollen werden in chainerley weis. Dauon gebietten wir unsern Lieben getreuen, allen unsern Haubtleuten, Herrn, Rittern, undt Knechten, Pflegern, Burggrauen, BurgerMaistern, Richtern, Reten, Burgern, undt AmbtLeutten und allen andern unsern Vntertanen undt getreuen, den der brief gezaigt wirdt, und wellen ernstlich, daz Sy dem obgenanten Abbt, und die seinen bey diser unser Gnad und dem Scherm lassen genztlich beleiben und dabey uestikleichen halten von unsern wegen, und nicht gestatten, daz Sy yemand wider Recht dringe noch beschwere in Chain weg, unz an Vns, Mit Vrkunt ditz Brieues geben zu *Wyenn* an Freytag nach dem Heiligen Auffahrtag. Anno Hn. IIII.mo undecimo.

Num.

Num. LXI. Privilegium Joannis XXIII. pro Jure præſentandi. An. 1414.

JOANNES Epiſcopus Servus Servorum DEi. Ad perpetuam rei Memoriam. Illa religioſis perſonis, que ſub Religionis habitu virtutum domino famulantur, libenter concedimus, per que earum quieti conſulitur, & ab impedimentis ipſis imminentibus valeant relevari. Exhibita ſiquidem nobis nuper pro parte dilectorum filiorum Abbatis & Conventus Monaſterij in *inferiori Altach* Ordinis S. Benedicti *Patavienſis* Dioceſis petitis continebat, quod ipſi in *Regen* in *Aurbach* & in *Yſerhoven* dicte Dioceſis Parrochiales Eccleſias dudum eidem Monaſterio ex certis rationabilibus cauſis tunc expreſſis auctoritate Apoſtolica, ut aſſeritur, incorporatas tenuerunt, & tenent in uſus proprios, quodque ſingulæ Eccleſiæ huiusmodi per ſingulos perpetuos Vicarios gubernentur, qui ſalvis reſervationibus Apoſtolicis per easdem Abbatem & Conventum vacationum eorundem Eccleſiarum temporibus loci ordinario preſentantur, & per illum in perpetuos Vicarios ipſarum Eccleſiarum inſtituuntur. Cum autem ſicut eadem petitio ſubjungebat, ad collationem, preſentationem ſeu aliam diſpoſitionem eorundem Abbatis & Conventus ſedecim vel plura alia beneficia Eccleſiaſtica cum cura vel ſine cura communiter vel diviſim pertinere noſcuntur, pro parte eorundem Abbatis & Conventus fuit nobis humiliter ſupplicatum, ut pro eorum quiete, & ne per proceſſus ſuper gratijs Apoſtolicis confectos ſeu conficiendos & cenſuras Eccleſiaſticas in illis contentas occaſione perpetuarum vicariarum earumdem Eccleſiarum quomodolibet impediantur,

eorum

eorum statui providere de benignitate Apostolica dignarentur. Nos igitur ad quietem eisdem Abbati & Conventui procreandam intensis desiderijs affectantes huiusmodi supplicationibus inclinati auctoritate Apostolica tenore presencium statuimus & ordinamus, quod quecunque littere per quascunque personas super beneficijs Ecclesiasticis cum cura vel sine cura conferendis eisdem ad eandem collationem provisionem, presentationem seu quamvis aliam dispositionem communiter vel divisim pertinentibus sub quavis forma vel conceptione verborum hactenus impetrate vel imposterum impetrande ad dictas vicarias nullatenus se extendant, neque ipsarum Litterarum vigore, de ipsis Vicarijs vel earum aliqua possit alicui quomodolibet provideri, sed quotienscunque easdem Vicarias vacare contigerit, predicti Abbas & Conventus perinde idoneos presbyteros seculares, de quibus eis videbitur, prout hactenus consueverunt, ut prefertur, etiam deinceps eidem Ordinario presentare, illique in eisdem vicarijs per ipsum ordinarium institui, ipsasque regere debeant sive possint, ac si alique littere Apostolice & processus inde secuti minime apparerent, reservationibus Apostolicis generalibus & etiam specialibus, nec non statutis & consuetudinibus Monasterij & Ordinis predictorum juramento, confirmatione Apostolica, vel quacunque firmitate alia roboratis, & alijs contrarijs non obstantibus quibuscunque. Nulli ergo &c. Si quis &c. Datum *Constantie* X. Kal. Januarij. Pontificatus nostri Anno Quinto.

MONU-

Boic. Vol. XV. ad: Thierhaupten.



Digitized by Google

MONUMENTA THIERHAUPTANA.

Digitized by Google

PRAEFATIO.

Thierhaupten, antiquiſſimum Benedictini ordinis Cœnobium ad Achium amnem in colle amæno haut procul a Lyco flumine ſitum, tribus fere milliaribus Auguſta Vindelicorum, totidem Werdea diſtans Tetrarchiæ Monacenſi ſubeſt.

Ipſa Loci vetuſtas primordia ejus & fundationis occaſionem oppido ambiguam reddit.

AVENTINUS a) præcipuus Annalium boicorum Scriptor Initia ad LOTHARIUM, LUDOVICI pii filium, ab Anno DCCCXIV. ad DCCCXVII. Boiariæ Regem refert.

 Pleri-

Plerique recentiores b) THASSILONEM auctorem ſtatuunt, incerti quo anno, & qua occaſione; Nam Principem iſtum An. DCCL. octennem Juvenem, venationi tunc operam dediſſe, & inter Silvas errantem, a Sociis avulſum, Voto condendi Monaſterii exitum e Labyrinto inveniſſe, parum credibile delicatis Criticis videtur.

Sunt, qui domeſtica Traditione fulti ad Annos poſteriores, immo poſt Synodum Dingolfnganam circa An. DCCLXXV. & quidem ad expiandos filii, (at cuius?) Manes hoc in loco a fera peremti fundationem rejiciunt, de qua veteris Eccleſiæ parieti olim affixa legebatur ſequens Inſcriptio, Sæculo XVI. mediante concepta:

Thaſſilo Bojorum Dux, Longobardicus c) & Rex
Ex Odilone ſatus, Regisque Sorore Pipini
Hiltrude, has primum Superis erexit & aras
Et ſacras ædes, Monachorum ut ſerviat illic
Collectus cætus domino, gnatoque, Patrique
Spiritui que, Deo Trino, virtute ſed uni
Condidit, ad quod (dum venator Retia condit
Inſidias que feris) gnatum amiſiſſet ab una

Hoc

Hoc in Rure fera percuſſum avide que peremtum.
Quod, Lector! Joachimus ego te Fendius abbas
Scire volo. Tu Fundatori læta precare,
Omnibus atque bonis in noſtra hac æde ſepultis.

Favere huic Traditioni videtur, quod cum nuper pro nova Mœnium Structura terra effoderetur, reperta fuerint humana miræ proceritatis oſſa, & pone clavis, poteſtatis, forte & S. Petri Apoſtoli, Eccleſiæ Patroni, Inſigne, inſuper & feræ, neſcio cuius caput e Saxo arenoſo ſculptum, cuius, ut & clavis effigiem exhibet Tabula adjecta N. I. & II.

Quid ni in re ancipiti hariolari fas ſit, in ipſa Monaſterii initiatione, jaciendoque ædificii fundamento, erutam fuiſſe feræ cujusdam calvariam, pro Inſigni quondam hujus loci ſervituram, indeque theotiſcam *Thierhoupit*, deinceps *Thierhaupten* loco adpellationem inditam, quin ad infauſtam venationem, dubiamque filii necem recurrere neceſſum ſit.

Altius aſcendit *Achilles Pirminius* GASSARUS, d) & ab VTILONE originem repetit. „Thierhauptenſe, inquit, Monachorum collegium

legium ab *Vtilone* præfato duce propter *Lechum* anno dom. DCCLII. fundatum, confeſtim primum abbatem Vtinum habere occepit. "

Fallitur quidem Auctor in Aera, cum VTILO jam An. DCCXLVII. diem ſuum obierit: e) haut tamen ab omni ſpecie veri abludit, piiſſimum hunc Principem, Religionis propagandæ ac ſtabiliendæ tantopere ſtudioſum, qui in inferiore, ut hodie adpellamus, Bojaria plura exſtruxerat Sacerdotum contubernia, in ipſo etiam occidentali Provinciæ ſuæ limite Seminarium plantare voluiſſe, unde vicina plebs adhuc rudis firmiores ageret in vera fide radices.

Facile autem accidit, ut THASSILO Patris opus, forte non ſatis perfectum abſolveret, ampliorem dotem adderet, ſicque Fundatoris Nomen apud Poſteros mereretur.

Nec refert, quod Synodo *Dingolfingæ Uttinus* non interfuiſſe legatur; Poterat enim tunc abbatia vacaſſe, aut abbas legitime impeditus fuiſſe.

Quid-

Quidquid autem hujus ſit, poſt aliquot annorum decurſum, locum iſtum, quo fato incertum, flammis abſumtum, a Lothario Imperatore An. DCCCXLVI *auri pondus largiente*, inſtauratum fuiſſe, ad fidem Necrologii domeſtici ferunt.

Si ad An. DCCCXIV. vel aliquem ſequentium, quo LOTHARIUS Bojariæ regno præerat, hæc aſſertio revocetur, haut difficulter admitti poteſt. & *Aventino* e) congruit. Anno autem DCCCXLVI. vel quodam præcedentium, quo eidem jam Imperatori, tot aliis curis diſtento, continua fratribus ſuis bella moventi & ab iis pene ad internecionem cæſo f) in Bojariam jus nullum competebat; hujusmodi extra ſuos fines in aliena Provincia inſtauratio vix, ac ne vix quidem concipi poteſt.

Sequentis Sæculi Anno LV. univerſæ Bojariæ exitiali, Hunnis in Patriam irruentibus, communi cladi hoc etiam Aſceterium ſuccubuit, vaſtatum, everſum, ſuisque Ruinis conſepultum jacuit, donec GEBEHARDUS h.

N.

N. primus Ratisponensis Episcopus g) S. WOLFGANGI ab An. DCCCCXCIV. Successor, illud e cineribus suscitatum veluti de novo instituit, censuque dotavit.

Exstat facti hujus Testimonium; cum enim Anno MDXC. chorum Ecclesiæ claustralis reparare necessum foret, Epitaphium cocto lapidi inscriptum hujus tenoris repertum fuit: „Himbrico post novam Monasterii restaura„tionem per Gebehardum Episcopum Ratis„ponensem Abbas electus An. MXXVIII. „obiit MXXXVI.“

Post sæculi XII. medium novis calamitatibus ex mala administratione afflictum, denuo igne absumptum claustrum Henricus I. Abbas circa An. MCLXVII. ædificiis ex toto restauravit, ut notat Necrologium ad diem XXXI. Augusti.

Dum sæculo XIV. mediante LUDOVICUS Bavariæ, & FRIDERICUS Austriæ duces, discordibus votis electi de Imperii corona invicem acriter decertabant, ac paullo post

circa

circa An. MCCCC. itemque in bello bavarico initio ſæculi XVI. repetita non modo incendia perpeſſum, variisque interea Adminiſtratoribus in prædam quaſi expoſitum, ſed & ſub Bello Schmalcaldico, tam ab hoſtibus cæſaris, quam ab ipſis Hiſpanis auxiliatoribus bis ſpoliatum, in Bello tricennali grandi ære mulctatum, noviſſimas etiam hujus labentis ſæculi calamitates expertum; his tamen omnibus ita eluctatum eſt, ut cura trium Abbatum poſteriorum, Moderni præſertim, a fundamentis exſtructum, ſplendidam nunc faciem exhibeat, ultimamque perfectionem cum melioris ævi auſpicio exſpectet.

Quod res noſtras propius adtinet, etſi poſt multiplices ruinas vix aliquid veterum litterarum exſpectare licuiſſet: ſuperſunt tamen quædam Autographa, veluti relictæ e Naufragio Tabulæ, quas RR. DD. MICHAEL hodiernus Præſul omnino digniſſimus non modo perbenigne ſubpeditavit, ſed etiam ablegatum noſtrum haut procula Thierhaupta ſiniſtro caſu afflictum humaniſſime excepit, fovit, refecitque; cui ea propter publicas hoc

loco grates rependimus, & pro integra ædificii consummatione aurea lustra ex animo precamur.

a) AVENTINUS Annall. IV. cap. 9. n. 12. p. 342. Edit. Gundling.

b) Benedictus CHERLE chronologia Monasterii Thierhauptani p. 17.

Corbinian. KHAMM Hierarch. Augustan. P. III. Regulari. p. 253.

Agnellus CANDLER in Arnulpho male Malo p. 121.

FALKENSTEIN baierische Geschicte II. 509.

c) *Longobardicus & Rex &c.* ideo forte a Poeta dictus, quod DESIDERII Longobardorum Regis filiam Thori Sociam nactus, avulsam Rhætiæ partem, Regnoque Longobardiæ adjectam, dotis nomine denuo receperit. Vid. MEDERER Beyträge zur Geschichte von Baiern. p. 273. seq.

d) Annall. Augsburgens. apud MENKEN Scriptor. Rer. germ. I. 1359.

e) MEDERER Loc. cit. p. 248.

f) BOUQUET Script. Rerum Francicarum Tom. VII. in Indice chronolog. p. XLIII. - LX.

g) Istum GEBEHARDUM neque ab Andacensibus Comitibus, neque a Palatinis de Scheyren - Witelsbach, quod Thierhauptæ credebatur, derivari posse, ostendit Socius noster SCHOLLINERUS in *Stemmatographia* An. 1785. edita.

SERIES

Google

Digitized by Google

SERIES
RR. DD. ABBATUM ADMODUM INCERTA.

Utlinus, ſeu Uttinus intra An. 775 - 800. * * *
Guilielmus circ. An. 846. † 24. Maij.
Marquardus, al. Manegoldus † 4. Apr. vel 9. Dec.
Haymo I. * * *
Himbrico ab An. 1028. † 1036. die 16. Jan.
Haymo II. † 17. Junij.
Ottowinus, ſeu Odewinus. † 31. Jul.
Godeſchalcus. † 5. Sept.
Arnoldus † 7. Decemb.
Ulricus I. circ. An. 1120-30. † 24. Febr.
Erchanboldus † 10. Maij.
Henricus I. circ. 1170. † 31. Aug.
Udalricus II. † Januar.
Marquardus II. circ. 1200. † 4. Apr. vel 9. Decemb.
Rudolfus ab An. 1248 - 59. quo Schyram poſtulatus.
Erneſtus † 20. Martij.
Georgius I. † 26. Nov.
Conradus I. † 30. Martij.
Udalricus III. ab An. 1305 - 13. Werdeam poſtulatus † 1333. 27. Octob.
Joannes I. † 1327. 22. Sept.
Udalricus IV. de Lucelburg † 22. April.
Henricus II. † 1353. 1. April.
Conradus II. † 1366. 16. April.
Conradus III.
Udalricus V. † 1372. 25. Febr.
Joannes II. † 1406. 18. Januar.
Joannes III. Braun reſign. † 1439. 11. Junij.
* * * Adminiſtrator.

Udalricns VI. Fuchs †, poſt 1454. 17. Decemb.
* * * Adminiſtrator.
Fridericus I. † 1456. 20. Aug.
Georgius II. Hotz. † 1457.
Thomas a Gerzen † 1463. 11. Sept.
Henricus III. de Weſternach † 31. Aug. vel 7. Sept.
Henricus IV. Hotz † 31. Aug. vel 7. Sept.
Henricus V. † 1478.
* * * Adminiſtratores.
Georgius III. ab An. 1489. reſign. 1492.
Joannes IV. Hartlieb. reſign. 1501. † 1505. 20. Jul.
Petrus I. Wagner ab An. 1502. † 1511. 29. Nov.
Leonardus Greck de Tonnenalten ab An. 1512. reſign. † 1533. 9. Aug.
Joannes V. Rumphard. reſign. 1547. † 1548. 15. Mart.
Joachimus Fend † 1553. 10. Martij.
Benedictus Gaugenrieder primus mitratus † 1597. 6. Junij.
Caſparus Bſchorn reſign. 1620. † 1621. 9. Octob.
Joannes VI. Bleibimhaus † 1620. 19. Maij.
Joannes VII. Nagl reſign. 1637. † 1651.
Petrus II. Daiſer reſign. 1656. † 1679. 11. April.
Maurus I. Mayer. reſign. 1658. † 1693. 28. Febr.
Corbinianus Cherle. reſign. 1671. † 1681. 30. Maij.
Dionyſius Räder † 1677.
Benedictus II. Sartorius † 1700.
Joſephus Frantz † 1714.
Benedictus III. Cherle † 1719.
Maurus II. Steingruber † 1754.
Wilibaldus de Furtnern † 1761.
Georgius IV. Dorner † 1771.
MICHAEL Schmid ab An. 1771.



DIPLOMATARIUM
MISCELLUM.

Num. I. Protectorium Pontificium. An. 1183.

LUTIUS Episcopus Servus Servorum Dei. Dilectis in Christo filiis Abbati & Conventui Monasterii *S. Petri* in *Thierhaupten*, Tam præsentibus, quam futuris regularem vitam professis Salutem & Apostolicam Benedictionem. Religiosis viris, qui per opera sanctitatis jugiter se præparant ad vitam immortalem, apostolicum debet patrocinium impartiri; Ne forte cujuslibet temeritatis incursus aut eos a proposito revocet, aut robur, quod absit, Religionis infringat. Eapropter dilecti in Christo filii, vestris justis postulationibus clementer annuimus, & præfatum monasterium vestrum ad exemplar felicis Recordationis EUGENII Papæ Prædecessoris nostri, sub beati Petri, & nostra protectione suscipimus, & præsentis scripti privilegio communimus, statuentes, & concedentes vobis liberam Electionem Abbatis, & ut Ordo monasticus, qui secundum Deum, & beati BENEDICTI Regulam in ve-

stra

ſtra Eccleſia noſcitur inſtitutus, perpetuis ibidem temporibus inviolabiliter obſervetur. Præterea quascunque Poſſeſſiones, quæcunque bona idem Monaſterium juſte, & canonice poſſidet, aut in futurum conceſſione Pontificum, Elargitione Regum, vel Principum, Oblatione fidelium, ſeu aliis juſtis modis præſtante Domino poterit adipiſci, firma vobis, & his, qui poſt vos ſucceſſerint, & illibata permaneant. Liceat quoque vobis perſonas liberas, & abſolutas ad converſionem recipere, & eas absque contradictione aliqua retinere Sane Novalium veſtrorum, quæ propriis manibus, & ſumptibus colitis, ſive de nutrimentis animalium veſtrorum nullus a vobis Decimas exigere, vel extorquere præſumat. Cum autem generale Interdictum terræ fuerit, liceat vobis clauſis januis, excluſis Excommunicatis, & Interdictis, non pulſatis Campanis, ſuppreſſa voce officia divina celebrare. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat præfatum Monaſterium temere perturbare, aut ejus poſſeſſiones auferre, vel ablatas retinere, munere, ſeu quibuslibet vexationibus fatigare, ſed omnia integra conſerventur, eorum pro quorum Gubernatione, & ſuſtentatione conceſſa ſunt, uſibus omnimodis profutura: Salva ſedis Apoſtolicæ Authoritate, & Diæceſani Epiſcopi canonica juſtitia. Siqua igitur in poſterum Eccleſiaſtica, ſæcularisve perſona hanc noſtræ conſtitutionis paginam, ſciens contra eam temere venire tentaverit, ſecundo, tertiove commonita, niſi reatum ſuum congrua ſatisfactione correxerit, Poteſtatis honorisque ſui careat dignitate, reamque ſe divino judicio exiſtere de perpetrata iniquitate cognoſcat, & a ſanctiſſimo Corpore & Sanguine Dei, & Domini Redemptoris

ris noſtri Jeſu Chriſti aliena ſiat, atque in extremo examine diſtrictæ Ultioni ſubjaceat. Cunctis autem eidem loco ſua jura ſervantibus ſit Pax Domini noſtri Jeſu Chriſti, quatenus & hic fructum bonæ actionis percipiat, & apud diſtrictum Judicem præmia æternæ pacis inveniat. Amen.

Ego Lucius Catholicæ
Eccleſiæ Epiſcopus.

† Ego Joannes Presbyter Cardinalis Tituli S. Marci.
† Ego Theod. Portuens & S. Rufin Epiſcopus.
† Ego Jacobus Diac. Card. S. Mariæ in Cosmidin.
† Ego Petrus Presbyter Cardinalis S. Suſannæ.
† Ego Henricus Albanenſis Epiſcopus.
† Ego Paulus Præneſtinus Epiſcopus.
† Ego Gratianus SS. Cosmæ & Damiani Diac. Card.

Datum *Anagniæ* per manum HUGONIS S. Romanæ Eccleſiæ Notarii Kl. Novembris Indictione ſecunda Incarnationis Dominicæ anno M. C. LXXXiij. Pontificatus vero Dom. Lucij Papæ iijo.

Num. II. Conceſſio Juris Patronatus. An. 1318.

NOS LUDOVICUS Dei gratia *Romanorum Rex ſemper Auguſtus.* Ad univerſorum notitiam volumus pervenire, quod intuentes mentis noſtræ oculis, nos hic manentem civitatem non habere, ſed futuram inquirere, æternaliter permanſuram, ad quam tamen nonniſi bonis operibus præmiſſis poſſumus pervenire. Hinc eſt, quod ob remiſſionem peccatorum, noſtrorumque Progenitorum peccaminum, jus Patronatus

natus Ecclesiæ Parochialis in *Stozart Augustensis* Diæcesis, ex *Dominio Ducatus Bavariæ* nobis pertinens, Religiosis Viris Abbati & Conventui in *Thierhaupten*, ac per eos Monasterio ipsorum donamus, tradimus, & pleno proprietatis jure insundimus in eosdem, & in monasterium memoratum, sic, quod & tunc in antea quandocunque, aut quocunque modo dicta Ecclesia parochialis vacare cæperit, prædictus Abbas & Conventus ad ipsam personam idoneam libere valeant præsentare, in cujus nostræ Donationis testimonium præsentes nostro sigillo jussimus communiri. Datum in *Ingolstat* VI. Idus Junii Anno Domini Milesimo CCC. XVIII. Regni vero nostri anno quarto.

NB. Ist collationirt mit dem Original.

Num. III. Transumtum.

Privilegii cæsarei a LUDOVICO IV. Rege concessi.
An. 1323.

Ex Regesto antiquo, & coævo, quod in Archivio Electorali Tomo Privilegiorum XXV. pag. 80. B. continetur, excerptum.

Monasterium Thierhaupten.

Nota, quod Dominus Rex exemit Monasterium in *Thierhaupten* in rebus & hominibus suis ab omnibus Juribus suis sibi Jure Advocatiæ de eodem Monasterio pertinentibus, sive illa in Denariis, avena, Herberga, & aliis quibuscunque consistant, a festo beati *Martini* proxime venturo per decem

annos

annos continuos, ſalvo tamen jure *Marſchalci de Biberbach*. Datum in *Nienburch* in die beati *Galli* anno Dni. M. CCC. XXiii. Regni vero noſtri anno nono.

Signatum & roboratum conſueto Archivii Electoralis Sigillo minori ac propria manus ſubſcriptione. 1. Octob. 1760.

Ex Cancellaria Conſilii Electoralis Aulici.

(L.S.)

Joſephus Antonius Attenkover, Conſiliarius, & Archivi Electoralis Conſilii Aulici Præfectus.

Num. IV. Epiſcopalis conceſſio Indulgentiarum. An. 1332.

ULRICUS Dei gratia Electus, & Confirmatus Eccleſiæ *Auguſtanæ*. Univerſis Chriſti fidelibus, ad quos præſentes pervenerint, ſalutem in eo, qui eſt omnium vera ſalus. Cupientes quoslibet Chriſti fideles ad benefaciendum, & exercendum opera charitatis, indulgentiis, id eſt, peccatorum remiſſionibus invitare, ut exinde reddantur divinæ gratiæ aptiores, omnibus Deo devotis, vere pœnitentibus & confeſſis, qui ad Capellam beatæ *Agathæ* Virginis & Martyris in *Zelle*, quæ in muris, tectis, libris, luminibus, & aliis ornamentis eccleſiaſticis defectus graves patitur, ad quorum ſublevationem facultates ſibi non ſufficiunt, niſi piorum Chriſti fidelium ſubſidiis adjuvetur, ſuas pias largiti fuerint eleemoſinas, aut alias manum porrexerint adjutricem, Nos de omnipotentis Dei miſericordia, & beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum ejus, quorum vices gerimus, licet indigni, meritis,

& authoritate confisi, quadraginta dies criminalium, & annum venialium de injuncta eis pœnitentia in Domino misericorditer relaxamus. Vobis igitur Decanis, Camerariis, Plebanis & Viceplebanis nostræ Diœcesis universis mandamus in virtute sanctæ obedientiæ, firmiter & districte, quod nuntium præscriptæ Capellæ, cum vos accesserit, benigne recipiatis, & charitative pertractetis, ipsum pro petendis fidelium eleemosinis in Ecclesiis vestris, ac etiam hostiatim eundo apud plebem vestram promoventes, diligentia, qua potestis, ut per hoc & alia bona, quæ Domino inspirante feceritis ad æternæ felicitatis gaudia mereamini pervenire, præsentibus ad unius anni spatium duntaxat, & non amplius valituris. Datum *Augustæ* anno Dmi. M. CCC. XXXo. secundo in die beatorum Petri & Pauli Apostolorum.

Num. V. Relaxatio Census advocatitij. An. 1337.

Wir LUDWIG uon Gottes Gnaden Romischer Kaiser ze allen Zeiten Mehrer des Reichs uerjehen offentlichen an diesem Brief, dass Wir den ehrbarn Gaistlichen Leuthen dem Abbtt und dem Convent des Gozshauss ze *Thierhabten* unsern lieben Dymuthigen uon des Kostwegen, die sie uon uns, und unseren Dienern iezto gehabt habent, und auch noch fürbass habent, die besonder Genad getan haben, und tuen auch mit diesem Brief. Also, dass Wir si des *Vogt Rechtes*, des si uns ierichlichen uon unserm Herzogthumb ze *Bayren* schuldig sint zegeben, und des *siben Pfund Münchner Pfening* seint, für bass für aller meniglichen bis an unser Wider-

Widerruffen, ledig ſagen gar und genzlichen mit dieſem Brief, der geben iſt ze *Augspurg* an dem achten Tag nach unſer Frauen Tag, als ſie geboren ward, verſiglet mit unſern Kaiſerlichen Inſigel nach Chriſtus Geburt druizehen hundert Jahr, darnach in dem ſiben und treiſigiſten Jahr; in dem dreio und zwanzigiſten Jahr unſers Reiches, und in dem zehenden des Kayſertums.

Num. VI. Immunitas a Steura & confirmatio Jurisdictionis hofmarchialis. An. 1341.

Wir LUDWIG uon Gottes Gnaden Romiſcher Kaiſer zu allen Zeiten Mehrer des Reichs, thun kund offenbar mit dieſem Brief, daſs Wir mit guter Bedächtniſs durch unſer, und unſeren Vorderen Seeligen dem ehrſamen Geiſtlichen Herrn dem Abbt, und dem Convent des Kloſters zu *Thierhaubten*, uon beſonderer Gunſt und Andacht, die Wir zu demſelben Kloſter haben, ſolche Gnad gethan haben, daſs Wir wöllen, und ernſtlich gebüetten, daſs kein unſer Ambtman, und Vizthumb, Vogt oder Richter, die iezund ſind, oder hernach kommend, uon keinen ihrer Güttern, die dasſelbe Kloſter iezto hat, oder noch gewinnet, überall in unſerm Land, und uon allen ihren Leüthen keine *Steür* nehmen ſollen, noch Dienſt uon ihnen haben, noch keinerley Forderung, dan allein die *Vogtey*, die uon alter Dauer geheret, und was Leüth hinter ſich fahrendt, auf ihren Guet, es ſeindt Höf, Hueb, Müll, Hofſtatt, oder wie ihr Gut genandt ſeindt, oder ihre Leüth, die darauf geſeſſen ſind, es

ſein unſer eigen Leüth, oder nit, mit denſelben ihren Güettern und Leüthen, ſollen alle unſere Ambtleüthe nichts zuſchaffen haben, und ſollen auch uon ihnen nichts fordern, oder aiſuhen, noch ſollen ſie nichts anders benötten oder bezwingen. Wir haben in beſtätt *ihr Gericht in Thierhaupten*, wer auch, daſs iemand ihr Leüth, die in ihrem Gericht geſeſſen ſeindt, etwas thät, des Bueſwürdig iſt, mit derſelben Bueſs ſoll kein unſer Richter oder Ambtman nichts zuſchaffen haben, dan allein der, der des Kloſters eigner Richter iſt. Doch haben Wir uns und unſern Erben behalten die Gericht, die zu dem Todt gehörend, Todtſchläg, Nothnunfft, und Teuſt, und was andere ſachen an das Leben gehen, dan au wollen Wir, ob das wer, das kein ihr Man uerwörkht, daſs man hier ihn richten ſollt zu dem Todt, daſs ſich deſſelben Leibs unterwinde unſer Richter, in des Gericht es geſchicht, doch nicht anderſt, den alſs ihn die Gürtl begrüffen hat, und ſollen ſie des nit kein entgelnuſs haben an dem Guet. Wir wellen, und gebieten auch ernſtlichen unſern Vizthomb, Vögten, den Richtern, und all unſern Ambleüthen, die iezund ſind oder noch werdend, daſs ſie dem uorgenandten Cloſter uon keinerley Urſachen mit Ichten überfahren, die Genadt die Wir ihnen gethan haben, und daſs ſie auch ſtett laſſen, und an alten ſachen ungebrochen behalten die freyheit, die wir ihnen geben, und gemacht haben. Und daſs in das Veſter beleib, und ewiglich unzerbrochen uon unſs und unſern Erben, geben wir ihnen zu einer wahren Urkund dieſen Brief uerſiglt mit unſern kaiſerlichen Inſigl, der geben iſt zu *Würdt* an Sanct Oſſwaltes Tag (5. Aug.) nach

Chriſti

Christi Geburth dreyzehenhundert Jahr, und darnach in dem ein und vierzigsten Jahr. In dem siben und zwanzigsten unsers Reichs und in dem vierzehenden unsers Kayserthumbs.

Num. VII. Sollicitatio pro incorporatione Parochiæ auctoritate episcopali. An. 1345.

Venerabili HEINRICO Episcopo Ecclesiæ *Augustensis* Principi nostro, dilecto,

LUDOVICUS Romanorum Imperator.

Princeps Dilecte, Serenitatem tuam attente requirimus, & monemus, quatenus Ecclesiam Parochialem in *Stozart* tuæ Diœcesis, cujus jus Patronatus nobis pertinens, pridem Viris Religiosis Abbati, & Conventui Monasterii in *Thierhaupten* donavimus, ipsis, & eorum Mensæ, ac usibus una cum Capitulo tuo, quibus etiam nostras direximus litteras, super eo unias & incorpores nostræ serenitatis intuitu, & amore. Datæ *Monachii* feria secunda ante *Dyonisii* proxima. (3. Octobris.)

Num. VIII. Eadem Petitio ad Capitulum cathedrale. An. eodem.

PRŪLENSE extra Ratisponensis civitatis Pomœria cœnobium, Meridiem versus peramæne situm, benedictinis olim Sacris erat initiatum, de cujus origine & fatis sequentia memorat *Laurentius* HOCHWARTUS ab OEFELIO nostro editus I. 178.

„ Gebehardus (hoc nomine I. Ep. Ratisb.) fundo „ qui dicitur *Prūl* a Monasterio S. Emmerami, permu„ tatione legitima præcedente, recepto Monasterium „ ordinis S. Benedicti illic ædificatum, Anno Domini „ DCCCCXCVII. instituit. "

Cupiens autem perennitati illius prospicere in suæ Institutionis Instrumento sequentes diras evomuit in remissos superintendentes Successores, apud eundem HOCHWARTUM.

„ Proinde quisquis es meus Successor futurus, te „ precor, te efflagito, te posco, te admoneo, te ob- „ testor per Spiritum Paraclitum, quem in Baptismo „ accepisti, in cuius videlicet honore hæc domus spe- „ cialiter est consecrata, ne regularem vitam inibi patia- „ ris destitui nec in aliquo minui, sed certus de æter- „ na remuneratione facias augeri & semper in melius „ provehi. “

Has adjurationes veriti duo Successores, cognomines, eadem clausula sua Privilegia *Prulensi* Monasterio concessa concluserunt, veluti divinantes futurum, ut irritaretur illa fundatio olim, ut scribit idem HOCHWARTUS, cui utique Documenta illa perspecta fuerint.

Quam

Quam etiam nonnullis in Episcopatu Successoribus Locus iste curæ & cordi fuerit, vel inde liquet, quod HARTUICUS I. anno Regiminis sui primo eundem temporum injuria, aut Abbatum incuria Ruinis proximum denuo restauraverit, & sub Abbate VII. *Ruothardo* dedicaverit, eodem HOCHWARTO & ANDREA Ratisbonensi *Loc. cit.* p. 186. & 34. Testibus.

Post varios casus, post tot discrimina rerum, quibus humana subjecta sunt omnia, perstitit tamen prius Institutum usque ad tempora ALBERTI IV. Bojariæ Ducis, qui Carthusiensem Reformationem Provinciæ suæ inserere cupiens, hocce Cœnobium, vetustate pene collapsum, sed cura Abbatis *Christophori Welseri* grandibus impensis ab integro resuscitatum, hinc autem multo ære alieno onustum, annuis proventibus ob multa Pignora diminutum, Monachisque ad vicina Monasteria tantisper abeuntibus, quasi pro derelicto habens, veteres colonos, redire cupientes, exesse jussit, Illisque Anachoratas aliquot e domo Norimbergensi pontificia SIXTI IV. & INNOCENTII VIII. auctoritate fultus An. 1484-87. substituit, hodieque ibidem florentes.

Plura

Plura horum prodit hoc ipſum Diplomatarium Miſcellum, primam nunc Lucem aſpiciens, quod ex Apographis recentiſſimis (Autographa enim inſpicere non licuit.) perhumane conceſſit RR. DD. HUGO Præſul modernus, Abbatis elogium poſtliminio adeptus, cui grates ſunto & vota plurima!

SERIES

SERIES

RR. DD. Abbatum Benedictinorum e variis monumentis collecta.

Bonifacius An. 1009.
Reimpertus - 1036.
Conradus - 1051.
Reimpertus - 1060 - 89.
Pabo - 1095.
Ruthardus - 1110.
Wernherus - 1143 - 47.
Ruhardus, forte idem cum Ruthardo
Meingotus
Albertus
} horum ætas ignoratur.
Ortwinus circ. An. 1200.
Vlricus - - 1205.
Rapoto - - 1223.
Gottwinus An. 1235. 1237.
Gozwinus forte idem cum priore. An. 1259.
Chunradus de Zante. 1275 - 76.
Erhardus 1283.
Ebo 1290.
Wilhelmus 1301.
Ulricus 1331.
Chunradus 1336.

Chunradus	An.	1348.
Georgius Schoffbett	-	1407 - 11.
Paulus	-	1425.
Ulricus Murnauer	-	1425 - 30.
Conradus	-	1439.

Christophorus Welser ex administratore Abbas 1454. ejectus An. 1483. † Romæ.
Chunradus electus † Romæ.
Laurentius electus † Romæ.
Andreas Kolb, Prior.

SERIES

RR. DD. Priorum Carthusiensium ex *Paricio*, & *Calendario provinciali*.

I.	Michael Schreppler, ab An.	1484.
II.	Mathias Schach, - -	1494.
III.	Henricus Moisten, - -	1506.
IV.	Petrus - -	1511.
V.	Joannes Meisner, - -	1516.
VI.	Antonius Fenck, - -	1520.
VII.	Johannes. - -	1521.
VIII.	Georgius Peiz, - -	1524.
IX.	Martinus, - -	1531.

X.

X.	Stephanus Ruff,	ab An. 1533.
XI.	Stephanus Populeis,	- - 1545.
XII.	Benignus Lampe,	- - 1546.
XIII.	Joannes Tresapius,	- - 1554.
XIV.	Henricus Koldinigus,	- - 1562.
XV.	Hugo,	- - 1564.
XVI.	Mathias de monte.	
XVII.	Albertus Herlemann, 1573.	
XVIII.	Casparus Capo, ab An. 1576.	
XIX.	Rudgerus, An. 1577.	
XX.	Philippus Ungerer, 1580.	
XXI.	Balthasar Mezenhauser, 1586.	
XXII.	Simon Lorichus, An. 1587.	
XXIII.	Georgius Schottel, An. 1589.	
XXIV.	Sebastianus Adilis, 1590.	
XXV.	Laurentius, 1592.	
XXVI.	Martinus Faber, 1594.	
XXVII.	Michael Fritz, 1595.	
XXVIII.	Aegidius Guetmayr, 1596.	
XXIX.	Michael Fritz iterum, 1597.	
XXX.	Hugo Theveneus, 1599.	
XXXI.	Georgius Fasselius, 1601.	
XXXII.	Philippus Fluer, 1616.	
XXXIII.	Georgius Menner, 1636.	

XXXIV.	Andreas Speckler, 1641.
XXXV.	Martinus Braumiller, 1644.
XXXVI.	Hugo Sticher, An. 1652.
XXXVII.	Laurentius Wartenberger, 1653.
XXXVIII.	Wilhelmus Proquard, 1656.
XXXIX.	Arnoldus Müntzenthaler, 1663.
XL.	Sigismundus Diez, An. 1677. † 1719.
XLI.	Modeſtus Michel, An. 1719. † 1732.
XLII.	Antonius Koller, † 1750.
XLIII.	Modeſtus Hartmann, † 1766.
XLIV.	HUGO Abbatis titulo noviter inſignitus.

MO-

MONUMENTA PRULENSIA. DIPLOMATARIUM MISCELLUM.

Num. I.

Instrumentum Confectum ab ALBERTO Episcopo *Ratisponensi* continens Privilegia Monasterii in *Prüell* Anno 1414.

ALBERTUS Dei & Apostolicæ Sedis gratia Episcopus *Ratisbonensis* universis ac singulis Christi fidelibus has nostras litteras seu hoc præsens intuentibus publicum instrumentum Sinceram in Domino Charitatem ac fidem indubiam præsentibus adhiberi. Constitutus pridie coram nobis Religiosus vir *Paulus Monachus & Professus* Monasterii Sancti *Viti in Prüell* nostræ Diœc. *Ratisbonensis Ordinis Sancti Benedicti* animo transsumendi ac in formam publicam redigendi quasdam literas apostolicas EUGENII PP. tertii eiusdem Bulla plumbea in Zona sericea bullatas aliasque literas Regales, imperiales, & Episcopales Prædecessorum nostrorum Sigillatas, Signatas & Subscriptas Regalibus, Imperialibus, & Episcopalibus, Sigillis, Subscriptionibus atque Figuris, non rasas, non abolitas, nec in aliqua sui parte suspectas, sed omni prorsus

U 2 vitio

vitio & suspicione carentes ut prima facie apparebat Nomine sui totiusque Conventus dicti Monasterii in *Prüell* exhibuit, & produxit, quarum quidem literarum Tenores cum earum Subscriptionibus de verbo ad verbum inferius sunt descripti, & primo literarum Apostolicarum prædictarum, tenor per omnia sequitur in hæc verba:

Num. II. Protectorium Pontificium. An. 1147.

EVGENIUS *Episcopus Servus Servorum Dei*, dilectis filiis *Wernhero* Abbati Monasterii Sancti Viti Martyris de loco qui dicitur *Prül* ejusque fratribus tam præsentibus quam futuris, regularem vitam professis, imperpetuum. Religiosis desideriis dignum est facilem prebere consensum ut fidelis & pia devotio celerem sortiatur effectum. Ea propter dilecti in Domino filii vestris iustis postulationibus clementer annuimus, & præfatum sancti Viti Monasterium, in quo Domino mancipati estis, obsequio sub sancti Petri & nostra protectione suscipimus & præsentis Scripti privilegio communimus, in primis siquidem statuentes, ut Ordo Monasticus secundum beati *Benedicti* Regulam & *ad Montensium* fratrum institutionem *) in vestra Ecclesia constitutus perpetuis ibidem temporibus inviolabiliter conservetur, præterea quascunque possessiones quæcunque bona, idem Monasterium in præsentiarum iuste & canonice possidet, aut in futurum concessione

*) Quam haut dubie secum adtulerat *Wernerus* Abbas, ex eodem Monasterio postulatus, ut constat ex PUSCHII & FROELICHII *Diplomatar. Sacr. Styriæ II*, 240.

ceſſione Pontificum, largitione Regum vel Principum, oblatione fidelium, ſeu aliis iuſtis modis Deo propitio poterit adipiſci, firma vobis veſtrisque ſucceſſoribus & illibata permaneant, in quibus hæc propriis vocabulis duximus exprimenda, tres videlicet Manſos in *Schalckhaim* & unum Molendinum cum Mancipiis ad ea pertinentibus, vineam in *Hoffdorf*, duos Manſos in *Tallmaiſſing*, cum Mancipiis ad eos pertinentibus, & cætera, quæ venerabilis Fr. nr HENRICUS *Ratisbonenſis Epiſcopus*, devotionis intuitu, vobis legitime contulit & ſuo Scripto firmavit. Obeunte vero te nunc ejusdem loci Abbate vel tuorum quolibet Succeſſore, Nullus ibi qualibet ſub reptionis aſtutia vel violentia pponatur niſi quem fratres communi conſenſu vel fratrum pars Conſilii Sanioris ſedum Dei timorem & Sancti *Benedicti* Regulam providerint, eligendum Decernimus ergo ut nulli omnino hominum liceat præfatum Monaſterium temere perturbare aut eius Poſſeſſiones auſſerre, vel ablatas retinere, minuere, aut aliquibus vexationibus fatigare, ſed omnia integra conſerventur, eorum pro quorum gubernatione & ſuſtentatione conceſſa ſunt uſibus omnimodis pro futura, ſalva Sedis apoſtolicæ auctoritate, & diœceſanorum Epiſcoporum, canonica iuſtitia. Si qua igitur in futurum Eccleſiaſtica, ſæcularisve Perſona, hanc noſtræ conſtitutionis paginam ſcienter contra eam temere venire temptaverit ſecundo tertiove commonita ſi non ſatisfactione congrua emendaverit poteſtatis, honorisque ſui, dignitate careat reamque ſe divino judicio exiſtere de perpetrata iniquitate cognoſcat & a Sanctiſſimo Corpore & Sanguine Dei ac Domini Noſtri Jeſu Chriſti aliena fiat, atque in extremo examine diſtrictæ

vltioni

vltioni subjaceat, cunctis autem eidem loco iusta servantibus sit pax Domini nostri Jesu Christi quatenus & hic fructum bonæ actionis percipiant & apud districtum Iudicem præmia æternæ pacis inveniant, amen. (Subscriptiones vero earundem literarum apostolicarum tales erant penitus & in toto.) Ego EVGENIUS Catholicæ Ecclesiæ Episcopus subscribo, ego *Albertus* hostiensis Episcopus subscribo, Ego *Hunibaldus* Præsbyter Cardinalis Tituli S. Joannis & Pauli subscribo, Ego *Gregorius* Diaconus Cardinalis Sancti Angeli subscribo, Ego *Joannes* Diaconus S. Mariæ novæ subscribo, Ego *Jacinctus* Diaconus Cardinalis sanctæ Mariæ in Cosmydin subscribo. Datum apud *Cistersium* per manum *Hugonis* Presbyteri Cardinalis agentis vicem Domini *Pinder* sanctæ Romanæ Ecclesiæ Diaconi & Cardinalis & Cancellariæ XV. Kal. Octobris Indictione decima, Incarnationis Dominicæ Anno Millesimo Centesimo quadragesimo. 7mo Pontificatus vero Domini EUGENII Papæ Tertii Anno tertio. (Tenor vero literarum regarium prædictarum per omnia est & erat talis.)

Num. III. Concessio Mansi regalis. An. 1009.

In Nomine Sanctæ & individuæ Trinitatis HENRICUS Divina favente Clementia Rex. Si Ecclesiarum Dei loca alicujus doni incremento sublimare studuerimus, Nobis Nostrique Regni statui id proficere minime diffidimus. Quapropter omnium Chri fidelium præsentium scilicet ac futurorum noverit universitas, qualiter Nos divini Amoris instinctu pro remedio animæ nostræ ob interuentum & petitionem

Boni-

Bonifacii Prülenſis Abbatis ſibi ſuoque Monaſterio in honorem Sancti Partholomæi Apoſtoli, conſtructo atque dedicato, unum regalem manſum quem antea Waltrico conceſſum habuimus, in villa *Genstall* dicta in pago *Timbichaw* in Comitatu *Ruperti* Situm cum omnibus ejus appendiciis, viis & inviis cultis aut incultis, exitibus & redditibus quæſitis ſive inquirendis, ſeu cum omnibus utilitatibus quæ quolibet modo dici aut ſcribi poſſunt, per hanc noſtram Regalem paginam concedimus, atque largimur & de noſtro jure & dominio in ejus jus & dominium omnino transfundimus ea videlicet ratione, ut ſiquis *Ratisbonen*: Eccleſiæ Epiſcopus quod abſit idem Monaſterium deſtruere, vel Monachicam vitam inibi violare præſumpſerit, præſcriptus manſus iterum ad Regales redeat manus: ſin autem firmum & inviolatum præſcriptum Monaſterium permanſerit, iam dictus Abbas *Bonifacius* ſuique Succeſſores liberam poteſtatem habeant, exinde quidquid eis placuerit faciendi, ad eorum utilitatem Eccleſiæ omni videlicet hominum contradictione remota, & ut hæc noſtræ donationis auctoritas ſtabilis & inconvulſa ita permaneat, hoc præceptum inde conſcriptum, manu propria corroberavimus, ſigillo noſtro inſigniri iuſſimus. (ſubſcriptiones vero earundem literarum regalium erant tales) Signum Domini HENRICI Regis invictiſſimi, *Güntherus* Cancellarius vice Willigiſi Archicapellani recognovi. Datæ decimo tertio Kal. Junij. Indictione VIIma Anno Dominicæ Incarnationis Milleſimo nono Anno vero Domini HENRICI Regis ſecundi Regnante VIImo. Actum *Ratisponæ* fæliciter amen.

(Tenor

(Tenor vero litterarum imperialium prædictarum horum verborum serie penitus est descriptus.)

Num. IV. Confirmatio prioris largitionis cum determinatione Limitum. An. 1036.

In nomine sanctæ & Individuæ Trinitatis CONRADUS Divina favente clementia Romanorum Imperator Augustus. Si Ecclesiarum Dei loca alicujus Doni incremento sublimare studuerimus, nobis nostrique Regni statui id perficere minime diffidimus. Quapropter omnium Chri fidelium præsentium videlicet ac futuorum noverit vniversitas, qualiter Nos divini amoris instinctu pro remedio animæ nostræ ob interuentum & petitionem HENRICI *Regis filii nostri*, nec non venerabilis Episcopi *Egilberti* scilicet & *Reimperti Prullensis Abatis* eidem Abbati suoque Monasterio in honorem sancti Bartholomæi apostoli constructo atque dedicato, omnem illum agellum suo Monasterio contiguum in villa & erga villam quæ olim *Genstall* dicebatur, videlicet infra confinia trium viarum quarum una de *Ratisbona* ducit ad *austrum* contra *vineas* in *Isinng*, altera de eadem Civitate ducit ad *austrum*, & *occidentem* in sublimem montem usque ad *veteres tumulos*, tertia de eisdem Tumulis contra *orientem* ducit ad præfatas *vineas*, omnem illum agellum inter præscriptas vias positum, nostroque juri pertinentem in pago *Tunckaw* in comitatu *Ottonis*, exceptis triginta iugeribus, cum omnibus appendiciis eius viis vel inviis, cultis aut incultis, exitibus & redditibus, quæsitis sive inquirendis, seu cum omnibus quæ quolibet

libet modo utilitatibus dici aut scribi possunt, per hanc nostram paginam imperialem concedimus atque largimur & de nostro jure ac dominio in eius jus & Dominium transfundimus ea videlicet ratione ut siquis *Ratisbonensis* Ecclæ Episcopus, quod absit, idem *Monasterium* destruere vel Monachicam vitam inibi violare præsumpserit, præscriptus Agellus ad Regales redeat manus: sin autem firmum & inviolatum præscriptum Monasterium permanserit, jam dictus Abbas *Reimpertus* suique Successores liberam potestatem habeant exinde quidquid eis placuerit faciendi ad eorum utilitatem Ecclesiæ, omni hominum videlicet contradictione remota. Et ut hæc nostræ donationis auctoritas stabilis & inconvulsa ita permaneat, hoc præceptum inde conscriptum manu propria corroborantes Sigillo nostro insigniri iussimus. (quarum quidem litterarum imperialium omnino subscriptiones tales erant) Signum Domini CONRADI Romanorum Imperatoris inuictissimi, *Burchardus* Cancellarius vice *bardonis* Archi Capellani recognovit. Datum II. Idus Februarii Anno Incarnationis Dominicæ millesimo trigesimo sexto indictione quarta. Anno vero Domini CONRADI secundi regnantis duodecimo Imperantis autem nono. Actum *Augustæ* feliciter Amen. (Tenor vero primarum literarum Episcopalium prædictarum per omnia horum verborum sequitur subtenore.)

Num. V. Statutum Episcopale de jure Advocati. An. 1143.

In nomine S. & individuæ Trinitatis HENRICUS Dei gratia *Ratisbonensis Episcopus*. Providere quieti Monasteriorum crediti nobis officii debito costringimur & respectu gratiæ superni Remuneratoris provocamur, unde *Gerhardum Comitem de Chregling* convenientes impetravimus, quatenus *advocatiam Prülensem*, quam a nobis in Beneficiatam habuerat hactenus, commendatam eo tenore haberet, ut resignato nobis infra ambitum Monasterii omni jure Sessionis & placitationis de agris Monasterio vicinis, infra miliarium unum nihil unquam commodi vel utilitatis exigeret, item ad petitionem *Wernheri Abbatis* præfato Comite consentiente prædia circumquaque de novo adquisita sive adquirenda *Henrico præfecta Ratisbonensi*, tuenda commendavimus, non beneficii jure concessimus, ea conditione, quatenus sine petitione Abbatis, nunquam in his placitum haberet sed de prædiis singulis modicum tantum auenæ exigeret, si qui vero definitionibus Monasterii sive de rusticis in vicino habitantibus rebelles extiterint, in Abbatis arbitrio constituimus ut aliquem sibi de ministerialibus Episcopii eligeret, qui sibi confidens contumaciam illorum reprimeret. Hæc acta *Ratisbonæ* in præsentia CONRADI *Regis* & principum ipsius auctoritate stabilimus & nostri Banni Interpositione firmamus, ut Nullus Successorum nostrorum vel alia quælibet spiritualis sæcularisue Persona, hanc dignitatis regiæ auctoritatem & paginæ præsentis descriptionem, qualibet concessione vel mutatione au-

deat

deat infringere. Hujus rei testes sunt HENRICUS *Dux frater Regis*, *Gebhardus Comes de Sulzbach*, *Otto Landtgravius*, *frater supradicti Henrici Præfecti*, *Otto Palatinus Comes*, *Hermanus de Isselden*, *Gebhardus de Hüttenburch*, *Altman de Sigenburck*, *Vdalricus Vicedominus* & *frater eius Sighardus de Eberspoint*, Item *Sighardus de Eglofsheim*, *Conradus de Raitenpurch*, *Durenhardus de Prunenscoffen*, *Bruno de Schirling*, *Raymarus de Obern - Existenten*. *Bruno de Pelchtal*, *Hartneid de Sparberspach* & frater ejus, *Gotfridus de Lugenbach*, *Henricus de Timelhouen*, *Conradus de Assental*, Anno ab incarnatione Domini Millesimo Centesimo quadragesimo tertio regnante CONRADO *Rege* serenissimo Anno sexto Regni eius præsulatus vero Domini HENRICI *Ratisbonensis* Episcopi Anno Duodecimo. Acta sunt hæc *Ratisbonæ* in Domino feliciter amen. (Tenor autem secundarum literarum Episcopalium prædictarum his verbis extitit exaratus per omnia & præcise.)

Num. VI. Renovatio & confirmatio præcedentis Statuti per Conradum II. Ep. Ratispon. circ. An. 1220.

In Nomine sanctæ & Individuæ Trinitatis Amen. CONRADUS Dei gratia *Ratisbonensis Ecclesiæ Episcopus* omnibus imperpetuum. Quoniam pastoralis officii debito astringimur & desiderio divinæ remunerationis invitamur, ut Monasteriorum quietem modis omnibus fovere studeamus, libertatis emmunitatem quam *Prülense* cænobium a Domino HEN-

RICO quondam *Episcopo Ratisbonensi* obtinuit, Nos quoque innovare nostraque confirmare statuimus auctoritate Notum sit, ergo præsentibus & futuris quod idem HENRICUS Episcopus a *Gerhardo Comite de Chregling* impetravit, quatenus advocatiam *Prülensem*, quam Comes iam dictus ab ipso inbeneficiatam habuerat, deinceps commendatam eo tenore haberet, ut omni jure sessionis & placitationis infra Monasterii ambitum in manus Episcopi resignato de agris Monasterio vicinis infra miliare unum nihil unquam pensionis aut utilitatis exigeret, item ad petitionem *Wernheri Abbatis* eodem Comite consentiente præfatus HENRICUS Episcopus prædia circumquaque de novo adquisita vel acquirenda *Henrico Præfecto Ratisbonensi* tuenda commendavit, non beneficii jure concessit, ea conditione ut sine petitione Abbatis nunquam in his placitum haberet sed de prædiis singulis modicum avenæ tantum exigeret si qui vero definitionibus Monasterii sive de Rusticis in vicino manentibus Abbati Rebelles in jure suo existerent, iam dictus HENRICUS in Abbatis arbitrio constituit, ut aliquem sibi de ministerialibus Episcopatus eligeret, cujus auxilio utens contumaciam illorum reprimeret. Hæc acta *Ratisbonæ* sæpe dictus Episcopus CONRADI *Regis* & Principum ipsius præsentia & auctoritate stabilivit & banni sui interminatione firmavit. Testes quoque scriptos adhibuit quorum nomina in privilegio suo, quod Monasterio *Prülensi* super hoc dedit, expresse continentur. Novissime autem diebus nostris cum *Henricus Miles de Randeck* prænominati cænobii Advocatiam a *Gebhardo nobili viro Comite de Chregling* jure feidali se accepisse assereret, idem

locum

locum eundem quiete ſibi conceſſa privatum cæpit inſuetis vexationibus perturbare; unde conſenſu & voluntate noſtra *Henricus Abbas Prülenſis* de Jure quidem ſuo certiſſime confidens, ſed litis controverſiam fugiens, damno pecuniæ pacem emit iam prædictus miles acceptis ab ipſo Abate L. libris in præſentia noſtra de voluntate dicti Comitis, ſiquid Juris in eodem loco ſe habere putaverat, in placito quodam conſiſtens in manus iam dicti Comitis in præſentia LUDOVICI *Ducis Bavariæ* omnino reſignavit. Comes quoque *Gebhardus* publice ibidem proteſtatus eſt coram nobis, quod in Eccleſia *Prülenſi* & ſuis redditibus neque nomine advocatie, neque nomine cuiusdam feudi, nihil Juris haberet, niſi ſic in privilegio Prædeceſſoris noſtri HENRICI felicis memoriæ *Ratisbonenſis* quondam Epiſcopi eſt diſtinctum, conſequenter ſubiungens, quod & ipſe nulli plus conferre poſſet, quam habere dignoſceretur, nec robur habere deberet, ſiquis nomine ſuo in præjudicium & gravamen Eccleſiæ prædictæ plus ei vſurparet, quam ſibi ab ipſo foret collatum. Hanc ergo paginam auctoritate noſtra ſtabilimus, Banni noſtri interminatione firmamus, ut nullus Succeſſorum noſtrorum ejus deſcriptionem ſive deſcriptionis ſignificatum qualibet conceſſione vel alio quoque modo audeat vel debeat immutare. Teſtes autem huius rei ſunt *Wolfgerus Epiſcopus Patavienſis, Otto Epiſcopus Friſigenſis, Hartwicus Epiſcopus Eyſtetenſis, Perchtoldus Dux Meraniæ, Otto Palatinus, Otto Comes de Leubenaw, Eberhardus Comes de Dornberck, Cuno de Megeling, Eckbertus de Deckendorf, Kalhohus de Churhberg, Eberhardus de Abenſperg, Alber- & Rupertus fratres dicti Lupi,*

pi, *Alramus* & *Walkung* fratres *de Cham*, *Otto de Werth*, *Racoldus de Perg*, *Hadbrandus de Arnsperg*, *Ratoldus de Chager*, *Conradus de Hochenvels*, *Hachwardus de Otting*, *Rutlandus de Puchse*, *Vlricus* & *Rupertus fratres* dicti *Kärgel*, *Ortliebus de Särching*, *Ortbinus de Granselbach*, *Sweckerus de Iudenburg*, *Vlricus de Schrovenhausen*, *Hartwicus de Lietenberg* & alii quam plures. (Tenor vero tertiæ Litteræ Episcopalis est, & erat talis per omnia & præcise.)

Num. VII. Fundatio quotidianæ memoriæ. Ab An. 1060 - 89.

Notum sit omnibus in Christo fidelibus præsentibus scilicet ac futuris qualiter divæ memoriæ OTTO *Ratisbon.* Episcopus divini amoris instinctu pro remedio animæ suæ obinterventum & petitionem *Gotschalci* Capellani sui unum mansum quem antea idem *Gotschalth* in beneficio habuit in villa *Geisling* in Pago *Tunckau* in Comitatu *Heinrici* situm, cum omnibus ejus appenden iis, viis & inviis, cultis aut incultis, exitibus, & redditibus, quæsitis sive inquirendis, seu quolibet modo utilitatibus scribi vel dici possunt, *Reimperto Prülensi Abbati* fratribusque sancto Vito servientibus tradidit, ea videlicet ratione, ut iidem fratres sine intermissione pro eodem Episcopo vivo vel defuncto Dominum orent, scilicet ut quotidie ad singulos cursus oratio pro se dicatur, & omni septimana una Missa pro ipso celebretur, quod bonum ne aliquis ex utilitate eorundem fratrum subtrahere audeat, ex auctoritate Salvatoris & S. Petri, in cujus vice præsidemus, absque in remedi-

medicabili dicto ſtatuimus, ut ſit Anachema Maranatha quod eſt prædictorum in adventu Domini. Et ut hæc donationis auctoritas ſtabilis & inconvulſa permaneat, in manum Advocati *Chadelhoch* tuendam tradidimus & Præpoſito *Heymoni* commiſimus coram teſtibus. Milite noſtro & ſervientibus noſtris *Geroldo*, *Cumpoldo*, *Gottfrido*, *Leopoldo*, & *filio Regis* CONRADO, & milite noſtro *Papone* inſuper Sigillo noſtro inſigniri iuſſimus.

Quibus quidem litteris ſupradictis per nos ut præmittitur, viſis, bullatis, ſigillatis, ſubſcriptis & ſignatis, EUGENII Papæ prædicti Bulla plumbea &c. HENERICI *Regis*, CONRADI *Imperatoris*, & Epiſcoporum *Ratisbonenſium*, Prædeceſſorum noſtrorum, prædictorum ſigillis & ſubſcriptionibus appreſſis & impenſis evidenter, ipſisque per nos diligentius proſpectis ac propriis manibus noſtris tactis, *Paulus* prædictus nomine Abbatis ac Conventus in *Prül* prædictorum, etiam futura præcavendi pericula nobis ea qua decuit Reverentia ſupplicavit humiliter, ut ſibi literas ſupraſcriptas de verbo ad verbum per *Henricum Igeltaler Notarium publicum* infraſcriptum transſumi, ac in formam publicam redigi, & per eundem una cum appenſione ſigilli noſtri ſubſcribi & ſignari mandaremus, easdemque literas noſtras, *vidimus* nuncupatas, ſeu hoc præſens publicum inſtrumentum, noſtri dignaremur appenſi ſigilli munimine roborare, cum interpoſitione Decreti noſtri exaratis & rationibus ſubnotatis, videlicet propter dictorum Sigillorum vetuſtatem, quo ad Epiſcopales, Regales, & imperiales literas ſubſcriptas, & hoc, ne ruptis

Si-

Sigillis hujusmodi, vel literis fupradictis ablatis, perditis, aut destructis, vel alienatis qualitercunque, Abbas & Conventus prædictum effectu literarum careant prædictarum, imo necessitate seu opportunitate se quoque offerente iudicialiter seu extra judicialiter ubicunque his literis nostris, seu huic publico instrumento uti valeant, perfrui pariter & gaudere quodammodo originalibus literis supradictis. Nos vero attententes petitionem huiusmodi fore iustum & consonam rationi, Prædecessorum nostrorum prædictorum literas supradictas ex præmissis ad instantem *Pauli Monachi professi* prædicti requisitionem & petitionem per *Henricum Igeltaler Notarium publicum* præ- & infrascriptum de verbo ad verbum transummi, ac in formam redigi fecimus & subscribi, sibique has literas, vulgariter *vidimus* nuncupatas, seu hoc præsens publicum instrumentum decrevimus, fore dandas, seu dandum, ac damus eidem præsentium per tenorem, cum interpositione decreti nostri volentes ac decernentes pariter & mandantes. Sub pænis in dictis literis originalibus expressatis, quatenus his literis nostris, *vidimus* nuncupatis, seu huic publico instrumento in Judicio & extra, ubicunque exhibitæ fuerint vel productæ, exhibitum vel prodictum, de cætero stetur & adhibeatur plena fides, quemadmodum originalibus literis supradictis. In quorum omnium & singulorum præmissorum evidens testimonium præsentes nostras literas, seu hoc præsens publicum instrumentum, per *Heinricum Igelthaler Notarium publicum* præ- & infrascriptum subscribi & publicari mandavimus, nostrique sigilli appensione iussimus communiri. Datum & actum *Ratisbonæ* in Curia nostra Epali Anno Nativi-

tivitatis Domini 1414. Indictione 7ma Pontif. ſanctiſſimi in Chro Patris & Domini noſtri Domini JOHANNIS divina providentia Papæ viceſimi Tertii Anno quinto die vero 4ta decima Menſis Novembris hora primarum vel quaſi, præſentibus venerabilibus & circumſpectis viris Dominis *Johanne Sumpringer Decano*, *Johanne Füchsel*, & *Friderico Parsperger*, *Canonicis Eccleſiæ Ratisbonen.* pluribusque aliis fide dignis Teſtibus in Teſtimonium ad præmiſſa vocatis pariter & Rogatis &c.

Et Ego *Henricus Igeltaler de Lantzhuet*, Clericus Diœc. Friſingenſis, publicus Imperiali auctoritate Notarius, literarum principalium, Imperialium, Regalium, & Epiſcopalium Originalium prædictarum exhibitioni & productioni ac Requiſitioni, petitioni & Decreto omnibusque aliis & ſingulis ſupradictis, dum ſic ut præmittitur in dicto actu fierent & agerentur, una cum prænominatis teſtibus perſonaliter interſui, eaque ſic fieri, vidi & audivi, dictasque literas originales vidi ſanas & integras, non raſas, non abolitas, non cancellatas, nec in aliqua ſui parte ſuſpectas, ſed omni prorſus vitio & ſuſpicione carentes, prout prima facie apparebat, bullatas, ſigillatas, ſubſcriptas, & ſignatas, Papæ, Cardinalium, Imperatorum & Regis, ac Prædeceſſoris ALBERTI Ratisbonenſis Epiſcopi ſupradictorum bulla plumbea &c. ſigillis pendentibus & appreſſis muniri ſubſcriptionibus atque ſignis casque literas ſupradictas demandato Reverendi in Chro Patris & Domini Dni ALBERTI Dei & apoſtolicæ ſedis gratia *Ratiſbonenſis* Epiſcopi ſupradicti de verbo ad verbum nil ad-

dendo vel minuendo, quod sensum mutet seu viciet intellectum, fideliter transumendi in hanc publicam formam redegi, per alium fidelem scribi feci, me negotiis aliis arduis ppedito hocque præsens publicum instrumentum per me ex originalibus supradictis confectum, auscultatum, correctum, & concordatum, cum eisdem demandato pfati Domini *Ratisbonensis* Episcopi supradicti una cum appensione maioris Sigilli ejusdem his me manu propria mea subscribendo, signo & nomine meis solitis & consuetis fideliter consignavi, debita cum instantia rogatus & requisitus in fidem & Testimonium omnium evidens præmissorum. Collacionatum est autem & auscultatum hoc præsens publicum instrumentum cum originalibus supradictis de verbo ad verbum per me *Henricum Igeltaler* Notarium publicum supradictum præsentibus *Johanne Hawer* Notario publico & *Jacobo Purger* de *Straubinga*, Clericis *Moguntinensis* & *Ratisbonensis* Diœc. Testibus ad auscultationem hujusmodi vocatis, habitis, & Rogatis.

Num. VIII. Heinricus Episcopus Ratisbonensis concedit Ecclesiæ Prüellensi Decimas in Aholfing, Erling, & Gmünd: Sine dato. Circa An. 1130.

Ego HEINRICUS Dei gratia *Ratisbonensis* Episcopus patere volo universitati fidelium, quidquid Ecclesiæ *Prüellensi*, & fratribus illic Deo servientibus contuli. Nostrorum fidelium Rogatu, & divinæ remunerationis intuitu sic iustis de causis stabiliendum decrevi, quatenus in posterum nullus sit

ſit locus adverſariæ contradictioni. Quapropter petitione *Wernheri* *) majoris Eccleſiæ Canonici Decimas *Aholvingin*, *Erlingin*, & *Gmünde* a Miniſterialibus noſtris, qui eas in Beneficio habuerant, receptas eidem Eccleſiæ ad paupertatem ſervorum Dei ſublevandam collatas ſtabilivi, atque huius deſcriptionis charta, & noſtri Sigilli impreſſione perpetuo conſervandas roboravi. Huic rei interſuerunt majoris Eccleſiæ Canonici *Gotefridus Archipreſbyter*, *Heinricus Skazuliſe*, *Wolfherus Cuſtos*, *Idungus magiſter Scolæ*, *Pernhardus*, *Heribordus*, *Arnoldus de Abins*, Item *Arnoldus*, *Gebhardus de Ronige*, *Rupertus de Tanne*. De Miniſterialibus, *Udalricus Vicedominus* & *frater ejus Sigihardus*, *Chuno de Rote*, *Chunradus de Mütina*, *Odalricus de Wiſinth*, *Caſewin de Hohenhauſen*, *Luitilo*, & *frater ejus Heinricus*, & *Pabo*, *Marquardus*, & frater ejus, Chuno de Cidalarin.

Nota. Litteræ Originales vetuſtæ, ac ſordidæ continent ſurſum ſeptem Pollices: in latitudine vero fere decem pollices habent. Exterius habent affixum Sigillum album, & Rotunde figuræ, atque iam undique mutilatum. Aliqua verba ſunt fere Sordibus deleta, & difficulter legenda. Annus & Dies non eſt aſſignatus. Quia tamen in litteris Alberti 3. Epiſcopi Ratisb. anno 1414. 14. Novemb. editis iſtæ litteræ, ſicut præcedentes, duæque ſubſequentes in una ſerie citantur ante litteras Conradi 3tii: Eccleſiæ

*) In Inſtrumento transſumto adpellatur *Ebernhardus*.

Ratisb. Episcopi, sine dubio omnium earum author est dicendus Henricus I. Ratisb. Episcopus, Comes de Wolfratshausen.

Num. IX. Heinricus Episcopus Ratisbonensis donat Prüellensibus quasdam Possessiones de Bonis Episcopii sui &c. sine Dato. Post An. 1130.

Noverint omnes fideles Christi, quod Ego H. Dei gratia *Ratisponensis* Episcopus Possessiones quasdam de Bonis Episcopii mei, quas Ministeriales beati *Petri*, & alii quidam in Beneficiis a me habuerant, ipsis mihi eadem Beneficia reddentibus pro amore Dei, & pro remedio animæ meæ Monasterio S. Viti, quod dicitur *Prüel*, in usum fratrum inibi Deo servientium solemni traditione delegavi, Easque Possessiones subtus annotari præcepi. Præterea ne qua in posterum spiritualis, secularisve Persona huic meæ liberalitati impie vel temere obviare conetur, In præsentia Cleri, nec non Ministerialium beati *Petri*, Eisdem fratribus hanc meæ corroborationis & defensionis chartam ex Parte Dei & Beati *Petri* nec non ex authoritate officii mei dare decrevi, ut quisquis eidem Monasterio violentiam aliquam intulerit in his, quæ vel nunc a me suscepit, vel quoad vixero, a me consequi potuerit æternæ damnationis sententiam, nisi resipiscat, se habiturum noverit. Hæc autem sunt, quæ cænobio passim contulimus. Beneficium *Kazelini ad Schalchaim*, duos videlicet Mansos & Molendinum unum cum mancipiis ad hæc pertinentibus. Item ibidem mansum unum, quem *Sigihart de Eberspiunt* in Bene-

Beneficio habuerat. Beneficium etiam *Marquardi* de *Zidilarin*: vineam unam ad *Hofedorf*; qua *Niſo* inbeneficiatus erat: Itemque aliam, quam frater eius *Heinricus* ſimili modo poſſederat. Decimas apud *Sconenaich*, & apud *Haginpiuch* ſuperius & inferius, quas *Niſo* de *Mutinaha* in Beneficio habuerat. Item quædam mancipia, quæ *Chadelhoch de Kyrichperc*, aliaque, quæ *Timo de Talmaſſingin* Beneficii Jure tenuerat. Ad *Talmaſſingin* duos Manſus, quos *Gebhardus de Hitunburc* a prædicto *Timone* cum Mancipiis ad idem Beneficium pertinentibus perceperat. Item Beneficium *Liutwini* de Grahze, tres videlicet Manſos ad *Talmaſſingin*. De Beneficio *Hartwici*, & *Pertholdi* de *Sirichingin* Prædium illud ad *Ratthart*: Tres vineas ad *Hovedorf*: Manſum unum ad *Ahadorf* ſi tamen ipſi absque hæredibus defungerentur. De Beneficio *Friderici advocati*, & *Rüdigeri de Heriſingin* Manſum unum ad *Perchaim*. De Beneficio *Engilberti* Novem jugera iuxta urbem, & Manſum unum ad *Schwambach*. De Beneficio *Werinheri* Clerici Decimas ad *Aholſingin*, *Erlingin*, & *Gimunde*, locum Molendini ad *Mehzingin*. Ex his autem omnibus alia concambio, alia diverſis modis a priſtinis Poſſeſſoribus redempta ſunt.

Nota. Litteræ Originales (pariter pergameneæ ſicut præcedentes) continent ſurſum 13 Pollices. In latitudine non nihil plus, quam 8 Pollices. Sigillum habent magnum, album, Rotundum, & integrum: affixum infra litteras interius.

Num.

Num. X. Idem Heinricus Episcopus Ratisbonensis concedit & confirmat quædam bona, & Decimas in Hagenbuch, Gmünd, Erling &c. sine Dato. Post An. 1130.

In Nomine Sanctæ, & Individuæ Trinitatis.

Ego HEINRICUS Dei gratià *Ratisbonensis* Ecclesiæ Episcopus patere volo omnibus Christi fidelibus, & præcipue nobis in hac Sede succedentibus, quidquid Bonorum Ecclesiæ Beati *Viti in Prüel* fratrum paupertati compassus diebus meis de rebus Episcopii contuli, & ex sententia Cleri, & Ministerialium tradendo confirmavi. Quia enim ipsa Ecclesia in fundo Episcopii constructa, & de redditibus antecessorum meorum dotata, & aucta dignoscitur, ex generali sententia hoc Juris habere promeruit; ut deinceps quoque liberalitate Pontificum in suis necessitatibus sublevetur. Igitur de Ministerialibus beati *Petri*, quorum Deus corda tetigerat, & quorum Parentes, & cognati in ipsa Ecclesia sepulti erant, sua nobis beneficia resignantibus, Nos Ea Illorum Petitione supradictæ Ecclesiæ contradidimus & præsentis scripti pagina, & nostri Sigilli Impressione confirmavimus. Sunt autem hæc. Beneficium *Kazelini ad Schalchaim*, duo videlicet Mansus, & Molendinum unum cum mancipiis ad hæc pertinentibus. Item ibidem Mansum unum, quem *Sigihard de Eberspeint* in Beneficio habuerat. Beneficium etiam *Marequardi de Cidilarin*: duos videlicet ibidem Mansus cum Pratis, pascuis, sylvis, quæsitis & inquirendis, quinque etiam Curtilia, & Mansum

ſum unum in *Perharteshauſen* cum hominibus promiſcui ſexus plurimis ad idem Beneficium pertinentibus: vineas duas ad *Hofedorf*, quibus *Niſo*, & frater ejus *Henricus* Inbeneficiati erant. Decimas apud *Schönaich*, & apud *Haigenpuch* ſuperius, & inferius, quas *Niſo* de *Mätina* in Beneficio habuerat. Item quædam Mancipia, quæ *Khadelhoch de Kyriperch*, aliaque, quæ *Thiemo de Talmaſſingin* Beneficii Jure poſſederat. Item in eodem loco duos Manſus, quos *Gebehardus de Hitunburch* a prædicto *Tiemone* cum Mancipiis ad idem Beneficium pertinentibus receptos nobis reſignavit. Item Beneficium *Luitwinide Grazze*, tres videlicet Manſus in præfato loco. De Beneficio *Friderici advocati*, & *Rudigeri de Heriſingen* Manſum unum ad *Perchaim*. De Beneficio *Engilberti* Novem jugera iuxta urbem, & Manſum unum ad *Swambach*. De Beneficio *Wernheri Canonici* Decimas ad *Aholvingin*, *Erlingin*, & *Gmünde*: locum Molendini ad *Metzingin* Hæc diverſa diverſis temporibus geſta uno confirmationis noſtræ ſcripto roborare dignum duximus, ſtatuentes, & noſtri Banni interpoſitione mandantes, ut nulla ſpiritualis ſecularisve Perſona hæc Eccleſiæ Beati Viti alienare præſumat. Teſtes huius confirmationis hi ſunt. *Perchtoldus de Tumprune*, *Rupertus Wolf*. *Odalricus Vicedominus*, & *frater eius Sigehardus de Ebſpuint*. *Chuno de Rote*. *Otto*. *Cunr.*, *Witilo*, & *Henricus fratres*. *Eſewin de Hochenhauſen*, *Udalricus de Hohenberch*, *Rutpertus de Mizdorf*, *Chuno de Cidilarin*, *Rudigerus de Heriſingin*, *Ortlieb de Ratiſbona*.

Nota.

Nota. Litteræ originales habent Sigillum album, magnum, Rotundum: per medium iam fractum: interius a parte dextera affixum: eiusdem Characteris cum præcedentibus pagina anteriore descriptis. Sursum continent pollices fere Novem. In latitudine latæ sunt 13. pollices. Denique in litteris Alberti 3tii Episcopi Ratisbonensis 1414. renovatis.

Num. XI. Sententia judicialis pro Capella Alling ad Hospitale in Prül pertinente. An. 1154.

In Nomine Sanctæ, & Individuæ Trinitatis. Ego HEINRICUS *Ratisponensis* Ecclesiæ gratia Dei si quid sum. Justitiæ & misericordiæ Intuitu Pauperibus Christi prospiciens, præsenti pagina testificando notifico, Capellam in loco, qui dicitur *Alling*, constitutam cum sua possessione ad Hospitale pauperum, quod est in *Prüel*, pertinere: Ipsam enim quidam nobiles viri propriis sumptibus construxerunt, propriis Redditibus dotarunt, quorum hæredes pro Redemptione animæ suæ, ut sit subsidium alimoniæ pauperum, ad præfatum Hospitale Ea delegando tradiderunt. Itaque Presbytero, in cujus Parochia sita est, præsente, & pro eadem coram me causante, Hospitali adiudicata est Sententia ordine iudiciario data: Cui Ego HEINRICUS *Ratisbonensis Episcopus* Subscribo, & per Patrem, & filium, & spiritum sanctum eandem sub anathemate interdico, ut nemo præsentium, vel futurorum audeat, vel præsumat Illam sibi usurpando in suum Jus vendicare præter Magistrum & Provisorem pauperum ab abbate,

bate, & fratribus conſtitutum. Et ut hæc ſuſcriptio, ſive confirmatio certior; ac credibilior in futuris temporibus habeatur, Sigilli mei impreſſione iuſſeram inſigniri. Ego *Godefridus* ſubſcribo. Ego *Pernhardus* ſubſcribo, Ego *Henricus* ſubſcribo, Ego *Ebernherus* ſubſcribo Ego *Rudigerus* ſubſcribo, Ego *Heinricus* ſubſcribo. Ego *S - - - -* ſubſcribo. Ego *Hermannus* ſubſcribo, Ego *Dietmarus* ſubſcribo. Ego *Eberhardus* ſubſcribo. Ego *Chuno* ſubſcribo. Ego *Perchtoldus* ſubſcribo. (Subſcriptio mox ejusdem litteræ talis erat.) Anno Incarnationis Milleſimo centeſimo, quinquageſimo quarto; Indictione XI. dneæ Regnante FRIDERICO ſerenmo Imperatore ac Vbli Epiſcopo HEINRICO hæc confirmatio & coroboratio in Dei Nomine facta eſt feliciter. Amen.

Num. XII. Inſtrumentum unum ſeu *Vidimus* de pluribus bonis Eccleſiæ in *Pruell* ſcilicet *Aholſing*, *Schönaich*, *Hambuch*, *Talmeiſſing*, *Alling* ad ſanctum Vitum in *Perckam* competentibus Anno Milleſimo quatringenteſimo decimo quarto.

ALBERTUS Dei & Apoſtolicæ Sedis Gratia Epiſcopus *Ratisbonen*: Vniverſis ac ſingulis Chri fidelibus has noſtras literas ſeu hoc præſens intuentibus publicum inſtrumentum, ſinceram in Domino Charitatem & fidem indubiam præſentibus adhiberi. Conſtitutus perſonaliter coram nobis Religioſus Vir *Paulus Monachus* & profeſſus Monaſterii *Sti Viti in Prüel* noſtræ Diœceſis *Ratisbonenſis*, ordinis ſancti Benedicti animo tranſſumendi ac in formam publicam redigendi nobisque inſinuandi noie Abbatis & Conventus dicti Monaſterii in *Prül* ſuique ipſius exhibuit, & produxit quasdam literas

Episcopales Prædecessorum nostrorum scilicet HENRICI & CHUNRADI felicis recordationis quondam *Ratisbonensium* Episcoporum in Pergameno scriptas eorundem nostrorum Prædecessorum munimine Sigillorum robratas, sanas & integras, non rasas, non abolitas, non concellatas &c quarum quidem literarum tenores de verbo ad verbum inferius sunt descripti & *primo* primæ literæ seu Privilegii HENRICI quondam Episcopi *Ratisbonensis* Prædecessoris nostri prædicti tenor per omnia sequitur in hæc Verba: ut supra N. XI. Tenor vero secundæ literæ per omnia talis erat, ut supra N. VIII. Tertiæ autem literæ ejusdem nostri Prædecessoris horum verborum serie scriptus erat.

Num. XIII. Largitio Decimarum ad Xenodochium in Prül. Circ. An. 1130.

In Nomine sanctæ & individuæ Trinitatis. Noverit fidelium Christi tam futurorum quam præsentium universitas, quod Ego HENRICUS Dei gratia *Ratisbonensis* Episcopus tradidi ad Altare Sancti Viti Martyris, quod est in Teritorio *Prül* vocitato, Decimam de *Schönaich* & de *Hagenbuch* superiore & inferiore, quam *Gotfridus Archibresbyter* in Beneficio habuit, rogante eo & nullo contradicente ea videlicet conditione ut nunquam in alios quam in pauperum, qui ibidem in Xenodochio alendi sunt, usus deputentur atque ne hanc conditionem pro animæ nostræ ipsiusque *Gotfridi Archipresbyteri*, qui se pro Charitate temporali abdicavit utilitate, omnium proventuum nostrorum remedio patratam quisque

Episco-

Epiſcoporum nobis in hac ſede ſuccedentium, ſeu quispiam Abbatum in prædicto Cænobio ſubſtituendorum, aliqua violencia vel qualibet ſubreptionis aſtutia deſtruere vel ab hac diſpoſitione mutare præſumat. Nos eam auctoritate Dei ac Domini P. P. INNOCENTII, noſtri banni quoque interpoſitione prædictis pauperibus nunc & ppetualiter ſtabilimus ad confirmationem quoque hujus contradictionis noſtræ prædictis Chriſti pauperibus in argumentum proprietatis hanc noſtræ auctoritatis paginam noſtri Sigilli ſtemate notatam tribuimus. Huius conditionis teſtes ſunt iuxta morem terræ auribus tracti: *Albertus de Bombumine*, *Albertus de Starcholdeshouen*, *Sumpoldt præpoſitus*, *Rupprecht de Misdorf*, *Ebernhardt & Fridrich frater eius.* — Tenor vero quartæ literæ Henrici Epiſcopi dicti noſtri Prædeceſſoris de verbo ad verbum penitus erat talis, ut ſupra N. IX. Tenor autem quintæ literæ ſupradictæ horum verborum ſerie extitit exaratus. ut ſupra N. X. Tenor vero Sextæ literæ ſeu Privilegii ſupradicti videlicet Chunradi quondam Epiſcopi Ratisbonenſis noſtri Prædeceſſoris prædicti per omnia ſequitur in hæc verba.

Num. XIV. Deciſio controverſiæ inter Monaſterium Prulenſe, & Plebanum in Perchaim. An. 1221.

In Nomine Domini Amen. CHUNRADUS Dei gratia *Ratiſbonenſis* Eccleſiæ Epiſcopus Abbati & Conventui de *Prüel* in perpetuum. Notum fieri volumus tam poſt futuris quam præſentibus, quod cum quædam controverſia verteretur inter venerabilem fratrem noſtrum *Abbatem de Prüel* ipſiusque

que Conventum ex una parte, & ad *Albertum plebanum de Perchaim*, ex altera super *Capella* quæ vocatur ad *sanctum Vitum* attinente ad ipsam Parochiam jure filiali, ubi asseruit Abbas, quod ratione proprietatis fundi, clavis capellæ, cum areis & ædificiis cimiterii ad suum dominium spectare deberent, suique officialis, cui ipse commisit, plebano in contrarium protestante, quod ratione suæ Parochiæ ad ipsum hæc omnia pertinerent, tandem per amicabilem compositionem nobis mediantibus decisio facta est super his tali modo, videlicet quod Abbas suique successores ipsam capellam restaurare debeant, in ædificiis cum necesse fuerit, & Clavis Capellæ cum areis & ædificiis cimiterii, in ipsorum semper debeat permanere potestate, ita tamen quod plebanus & Doctores Capellæ cum decimis oblationibus & reliquis ad jus spirituale pertinentibus pacifice hæreat & quiete & officialis Abbatis in Dedicatione Ecclesiæ, & in festo sancti Viti de panibus & caseis, qui de duabus curiis offeruntur ad Capellam, plebano, cum tribus vel quatuor Personis in sero & in mane procurationem exhibeat competentem, præterea quidquid offertur ad Altare in die Sti Viti, unde se liberant homines vel pueri, hoc secundum antiquam consuetudinem dividatur. Ut autem hæc controversia inter Abbates dicti Monasterii ac plebanos Ecclesiæ memoratæ de cætero non resuscitetur, præsentem paginam, quæ ipsius decisionem continet, subscriptione testium & Sigilli nostri impressione duximus confirmandam. Testes sunt: *Henricus Præpositus de Rohr*, *Gotfridus maior præpositus*, *Chuno maior Decanus*, *Ulricus vice Dominus*, *Vlricus de Werde*, *Archidiaconus*, *Rupertus summus Scola-*

Scolaſticus, *Hermannus Archidiaconus*, *Eberhardus* & *Kelphradus Capellani Domini Epiſcopi.* De Laicis, *Gozebing de Burgter*, *Carolus Granſeldt*, *Lewpoldus Brager*, *Ebernhardus in Haida*, *Carolus Zolner.* De familia Domini Epiſcopi, *Henricus Oſterman*, *Perchtoldus & Rapoto Camerarii.* De familia ſancti Viti, *Henricus & Fercholdus*, *Cunradus*, *Rudigerus*, & alii quam plures. (*ſubſcriptio vero ejusdem literæ talis erat.*) Acta ſunt hæc anno Incarnationis Domini Milleſimo ducenteſimo vigeſimo primo Indictione 9a. Datum *Ratiſbonæ* quinto Idus Junii. Quibus quidem literis ſupradictis per nos viſis ut præmittitur, ſigillatis fideque occulatis, diligentius auſcultatis, & tactis propriis manibus noſtris, *Paulus Monachus* & profeſſus prædictus nomine Abbatis & Conventus in *Prüel* prædictorum ſuique ipſius animo futuris periculis obviandis nobis ea reverentia qua decuit humiliter ſupplicavit, quatenus ſibi literas ſubſcriptas de verbo ad verbum per Notarium publicum infraſcriptum tranſumi pariter & tranſcribi, ac in formam publicam redigi & per eundem ſubſcribi mandaremus easdemque literas noſtras, *vidimus* nominatas, ſeu hoc præſens publicum inſtrumentum noſtri dignaremur appenſi Sigilli munimine roborare cum interpoſitione decreti noſtri ex cauſis & rationibus infra ſcriptis: *primo* videlicet propter Sigillorum prædictorum vetuſtatem, quorum duo ex ceræ vetuſtate partim rupta erant: *ſecundo* ne ruptis ulterius ſigillis prædictis, vel ne ipſis literis originalibus ſupradictis, alienatis, perditis aut ablatis, vel alias deſtructis, qualiscunque Abbas & Conventus prædicti literarum effectu careant prædictorum; Nos vero attententes petitio-

titionem hujusmodi fore iustam ac consonam rationi Prædecessorum nostrorum literas supradictas ex præmissis ad conservandam *Pauli* Monachi & professi prædicti petitionem, per *Henricum Igeltaler Notarium publicum* infrascriptum de verbo ad verbum transsumi pariter & transcribi, ac in formam publicam redigi fecimus & subscribi ipsique *Paulo* prædicto nomine Abbatis & Conventus prædictorum has nostras literas, hoc præsens publicum instrumentum in se continens, decernimus fore dandas præsentibusque damus eidem cum interpositione decreti nostri decernentes pariter & volentes, quod his literis nostris, *vidimus*, nominatis, seu huic publico instrumento in Judicio & extra, ubicunque exhibitæ fuerint vel productæ, exhibitum vel productum, de cætero stetur & adhibeatur plena fides velut originalibus literis supradictis quæ ex causis prædictis scilicet amissionis, destructionis, alienationis, seu insecuritatis possent, ubilibet vero produci quoquomodo. In quorum omnium & singulorum evidens testimonium has literas nostras, seu hoc præsens publicum instrumentum per *Henricum Igeltaler* Notarium publicum præ- & infrascriptum de mandato nostro confectum & subscriptum ac signatum nostri Sigilli appensione iussimus communiri. Datum & actum *Ratisbonæ* in Curia nostra Episcopali anno Nativitatis Domini Millesimo quadiengentesimo decimo quarto Indictione septima Pontificatus sanctissimi in Christo Patris & Domini nostri Domini JOANNIS divina providentia papæ vigesimi tertii Anno quinto, die vero decimo quarto Mensis Novembris hora primarum vel quasi Præsentibus venerabilibus & circumspectis viris *Joanne Sumpringer*

Deca-

Decano, *Joanne Füchsel*, & *Friderico Parsperg Canonicis Ecclesiæ Ratisbonensis* pluribusque aliis testibus fide dignis ad præmissa debita cum instantia vocatis, habitis, & rogatis.

Et Ego *Henricus Igeltaler* de *Landtshut Clericus conjugatus Diœcesis Frisingensis* Publicus imperiali auctoritate Notarius dictarum Originalium Episcopalium literarum exhibitioni & productioni, insinuationi & petitioni omnibusque & singulis supradictis, dum sic ut præmittitur fierent, & agerentur in dicto actu, una cum prænominatis testibus personaliter interfui, eaque sic fieri, vidi, & audivi, dictasque literas originales vidi sanas & integras, non rasas, non abolitas, non concellatas, earumque Sigilla sana & integra præter duo, quæ ex ceræ vetustate partim rupta erant, prout a facie apparebat, ipsasque literas Episcopales prædictas, dictorum quorundam Ratisbonensium Episcoporum felicis recordationis Sigillorum munimine roboratis ex causis prædictis de mandato Reverendi in Christo Patris & Dnj Domini ALBERTI *Episcopi Ratisbonensis* prædicti transumendo seu transcribendo, nil addendo vel minuendo, quod sensum mutet seu vitiet intellectum, in hanc publicam formam redegi per alium fidelem scribi feci, me negotiis aliis arduis præpedito Hocque præsens publicum instrumentum per me ex originalibus literis supradictis sic diligentius auscultatum, confectum, & correctum, ac cum eisdem concordatam, de verbo ad verbum penitus & in toto coram Personis ydoneis fide dignis una cum appensione sigilli præfati Reverendi in Chro

Patris

Patris & Domini Dni ALBERTI *Episcopi Ratisbonen.* signo & Nomine meis solitis & consuetis fideliter consignavi debita cum instantia rogatus & requisitus in fidem & testimonium omnium evidens præmissorum.

Num. XV. Fundatio Anniversarii circ. An. 1223.

Ad Notitiam tam futurorum, quam præsentium perveniat, quod *Chunradus majoris Ratisbonensis Ecclesiæ Canonicus*, Decanus in *Kirchperch* ad memoriam *Wezelonis Sacerdotis*, & *Gepe Matris* suæ, & sui, quindecim libras Ratisbonens. Monetæ *Rapotoni Abbati*, & fratribus in *Prüel* in perpetuum Deo servientibus, & servituris tradidit: ut Conventui in vigilia apostolorum *Simonis & Judæ* singulis annis Novem solidi de domo quadam inter *Kurdruanarios* sita solvantur: Unde Conventus uterque tam *fratrum*, quam *Dominarum* eo die per eum, qui Dispensator oblationis fratrum fuerit, pascatur: tali conditione, ut quilibet Sacerdos illo die in memoriam præcriptorum celebret Missam pro defunctis & pro consuetudine tam in sero, quam in mane sonent campanæ. Quicunque vero paginam hujus traditionis infregerit, anathema Dei incurrat.

Ego *Rapoto Abbas Prüellensis* subscribo. Ego *Adalbertus Sacerdos* subscribo. Ego *Wernherus Sacerdos* subscribo. Ego *Hainricus Sacerdos* subscribo. Ego *Purchardus Sacerdos* subscribo. Ego *Otto Sacerdos* subscribo. Ego *Trutmannus Sacerdos* subscribo. Ego *Gozwinus Sacerdos* subscribo. Ego

Ulri-

Anno domini Mille° C°. XX. Indiccione XIII. Epactis existentibus nullis. concurrentibus IIII^or. aduocatus noster iunior (*secundus*) uidelicet Comes FRIDERICUS (de *Bogen*) mansum apud *Praitenaw* situm contradidit reliquiis Sancti Johannis Ewangeliste aliorumque Sanctorum In presencia beati *Purchardi primi abbatis.* Et fratrum *Emichonis*, *Hartwici*, *Erchinberti*, *Sigefridi barbati* in usu nostro & nostrorum Successorum perpetuo mansurum. pro requie videlicet anime patris sui (*Friderici I.* † 1101.) & suorum debitorum, & omnium fidelium defunctorum. Obitus ejus (*Friderici I.*) est IIII. Kalendas nouembris. quem dominus dignetur adiungere suis electis.

Num. III. Traditio Comitis Ernesti, in obitu Patris sui Hainrici. An. 1123.

Anno dni Millesimo C°. XXIII°. Indicione I. obeunte comite HAINRICO die deposicionis eius III. videlicet Idus Januarij. pro salute & requie eius & suorum debitorum posuit comes ERNESTUS predium *Schirling* situm, sicut ibi positum fuerat, altari S. Johannis. delegauit eciam comes ERNESTUS predium *Newfar* situm, sicut a Patre preordinatum fuerat.

Num. IV. Traditio Lewkardis Aduocate. An. 1134.

Anno ab incarnacione dni Millesimo C°. XXXIIII°. domina LEWKARDIS aduocata mater FRIDERICI (*tertii*) majoris aduocati (*Ratispon.*) contradidit altari sancti Johannis ewangeliste pro remedio anime sue nec non debitorum suorum & omnium fidelium salute & requie duo predia apud *Taiting* sita. X mancipia ad eadem predia pertinencia. Eodem anno predicta matrona videlicet LEWKARDIS aduocata contradidit altari sancti Johannis per manum *Gundakari* nobilis viri XX hubas & quinque Vineas in austria positas pro se suorumque salute & requie post obitum suum fratrum usibus profutura, vel se, si ita voluerit, adhuc superstite: facta hec sunt nutu & consensu FRIDERICI aduocati maioris, filii sui.

Num.

Num. V. Traditio Comitis ALBERTI de Awting.

Appropiante Mundi termino iusto Dei judicio terris fere omnibus innata sunt viperarum genimina, quarum dolosis morsibus & infecta sunt humana iudicia simul ac divina (*ecclesiastica*) Sunt enim nunc homines superbi, perfidi, dolosi, arrogantes, inhumani, quorum cor excæcauit auaricia, omnemque fidem, iustitiam & veritatem in ore ipsorum accepta destruit pecunia, & hi maxime seuiunt erga Xi pauperes & sacra cenobia, dum venalis eorum linqua periuriis & falsis testimoniis distrahit illis possessionum & prediorum presidia. Horum falsitati & nequicie cupientes contraire, Vniuersitati fidelium tam future quam presenti pandimus & declaramus, qualiter comes ALBERTUS *de ewting* quatriduanis febribus diu nimis que attenuatus tandem decidens in lectum, prout voluit, bona sua, heredem non habens, amicis suis distribuit. Nec non rore sancti Spiritus afflatus cenobii sancti Johannis Ewangeliste in *Malherstorf*, ubi tam ipse, quam parentes sui nouissimam tubam exspectant, immemor esse non potuit. Siquidem *curtim regiam* cum huba & tribus vineis ac dimidia, & mediatem silue cum omnibus cultis & incultis, quesitis & inquirendis, quam *Patruus eius Senior comes* ERNESTUS *in Malherstorf* possederat, queque illi dederat, prenominato cenobio fideliter, contradidit. Preter hec omnia sepe dictus comes ALBERTUS dum esset adhuc sospes & incolumis, rogauit *Vlricum in Schirling*, ut molendinum suum in *Malherstorf* fidei eius commissum cenobio Sancti *Johannis Ewangeliste* conseruaret, & quocunque eiusdem loci congregacio peteret, delegaret.

Num. VI. Memorabilis Fundatio Monachi de Peculio suo quasi castrensi. Anno incerto.

Ego *Dietericus* ecclesiasticas fidelium tradiciones auctoritate decessorum meorum communitas annullare penitus refugio, easque tradite nobis a Deo potestatis iure confirmatas perpetuo ratas perdurare cupio nostro quoque tempore ad utilitatem subditorum salubriter & honeste fieri consencio. Itaque vnus ex fratribus nostris *Laiupoldus* nomine presbyter officio, multum scripto laborans in annis iuuenilibus de precio laboris sui nec Deum, nec proximum defraudare voluit. Communi confratrum suorum necessitati fideliter offerens quicquid habere potuit ex honeste artis exercicio. Aut amicorum fidelium aminiculo, nec non ex sacri ordinis ministerio. Is namque predium in *Haselpach* situm decem & nouem talentis comparauit, cuius annuos redditus, sex videlitzet solidos, ad hoc deputauit, vt monasterii nostri prepositus in anniuersario obitus die pie memorie *Lewkardis* *) *virginis & monache* toti Congregacioni servicium provideat, quatenus pia fratrum sollicitudo eiusdem sanctimonialis femine memoriam in missis & oracionibus propensiori studio facere non omittat. Idem quoque prenominatus Confrater noster alia decem talenta congregacioni nostre contulit, ex quibus quinque in precio vinee, quam emimus *a Dno Alberto de Trawpach* donau t. residuis quinque talentis mansum in *Hetenpach* a decessore meo pro victualium penuria expositum absoluit, cuius hube annualem

*) Forte hæc LEUKARDIS, quæ plures libros in Membrana scripsit, cujus in Præfatione facta est mentio.

lem censum medium scilitzet talentum ad impendendum fratribus seruicium in anniversario die obitus sui determinauit, ita dumdaxat si prevata die vita decesserit, si vero in aliquo die festo dies obitus eius euenerit, in opcione fratrum sit diem competentem eligere, quo prepositus idem queat seruicium inpendere. Si vero quisquam successorum meorum prenominatam hubam ab hac lege voluerit absoluere, decem talenta monete publice fratribus resignet, vt eorum prouidencia rursus ex eadem pecunia tale aliquid prouideat, unde seruicium statuto tempore recipere valeat. Super hec omnia sepedictus Confrater noster vineam in partibus *Austrie* in vinetis, que vulgo *Edelpewnt* dicuntur, sex talenta comparatam solis fratribus scilitzet monachis pia deuocione donauit, vt sui memoria numquam cordibus eorum excidat, votis omnibus obnixe postulauit. huius igitur venerabilis viri religiosis peticionibus, adiuncta fratrum manu, qui subscripserit, assensum prebemus, postulata concedimus, concessa confirmamus, confirmata perdurare non dubitamus. Si quis vero in posterum siue monachus, siue laicus salubrem sentenciam huius pagine inpressionem sigilli nostri continentis irritam facere attemptauerit, hunc auctoritate sacerdotalis officii a communione corporis & sanguinis eterno pacis verbo sequestramus insolubiliter anathematis vinculo terribiliter innodamus, ac districto Dei omnipotentis iudicio, nisi resipuerit hoc eius delictum, in diem magnam & amaram reseruari terminamus. Amen.

Ego

Ego *Hainricus* *) Dei gracia abbas vnus ex fratribus negocio conſenciens ſubſcribo.

Ego *Waldwinus* preſbiter & Monachus. Ego *Lewpoldus* prbr. & monach. Ego *Hartwicus* prbr. & monach. Ego *Mainwardus* pbr. & Monachus. Ego *Dietricus* pbr. & mon. Ego *Gotepoldus* pbr & monachus. Ego *Vdalricus* pbr & monachus. Ego *Chunradus* pbr. & monach.

Ego *Adalbertus* dyaconus & monach. Ego *Seyfridus* dyaconus & monach. Ego *Vdalricus* dyaconus & monachus. Ego *Hainricus* dyaconus & monachus.

Ego *Ortwinus* ſubdyaconus & monachus. Ego *Otto* ſubdyaconus mnchus. Ego *Vdalricus* ſubdyaconus & monachus.

*) Cum ignoretur, quotus inter *Henricos* Abbas iſte fuerit, etiam tempus definiri nequit: videtur autem *primus* fuiſſe, cuius & *Leonhardis* in ſuis verſiculis meminit. Vid. *Præfatio.*



MONU-

MONUMENTA MALLERSTORFENSIA.

DIPLOMATARIUM MISCELLUM. A.

Num. I.

Confirmatio cæsarea fundati cœnobii, & cujusdam concambii. An. 1129.

In nomine sancte, & indiuidue Trinitatis LOTHARIUS tercius divina fauente Clementia Rex.

Si, ut omnia adiciantur nobis, regnum Dei querimus, & Justiciam eius, & non aliter uitam nostram, sed neque coronam regni nostri stabiliri credimus, nisi in obsequiis mandatorum Dei, & communicando necessitatibus pauperum Christi, dignum est, ut concordet per omnia Celsitudini nostre, & Solio regni nostri christiana humilitas, sufficiens paupertas, & eorum maxime commendabilis prouectus, qui juxta apostolum nihil habent in hoc mundo, & tamen omnia possident; quod

quod nos pio affectu considerantes, cuiusdam HEINRICI, & filii eius ERNESTI ad familiam nostri regalis loci *inferioris* uidelicet *monasterii* in ciuitate *ratispona* pertinentium bonam uoluntatem subsequentes approbamus. qui locum quendam dictum *madilhartisdorf* in honore Dei, & beati *Johannis* euangeliste ob spem uite eterne in fundo superius memorati monasterii construxerunt, & huic sub eiusdem monasterii dicione sub condicione cuiusdam pensi annuatim soluendi reliquerunt. nunc uero abbate antedicti loci uidelicet *montis sancti Johannis eppone* uiro religioso, & Christi pauperibus sub eo militantibus a nostra regali munificencia humiliter flagitantibus, abbatissa quoque uenerabili *Richiza* cum tota congregacione sibi subiecta. aduocato eciam OTTONE *palatino comite* unacum omni familia prenominati monasterii in clero, & populo. septem eciam ex ministerialibus sancte *Marie* solito more sub iure iurando in presencia nostri ad redimendam debitam eidem monasterio pensionem per quoddam concambium per omnia concordantibus. nos quoque, qui piis eorum conatibus libenter assuimus, eundem locum libertati donatum, & in manus *Wernhardi* nobilis uiri fidelis nostri delegatum. pro arbitrio, & peticione uenerandi *epponis* eiusdem loci abbatis, & fratrum eius inde agendum, & delegandum cum omnibus pertinentiis suis, que a prefati monasterii abbatissis ac ministerialibus seu quibuslibet aliis collata sunt, seu conferenda pro eterne uite remedio, & ut nostri memoria in oracionibus eorundem pauperum Christi iugiter uiuat, incommutabili concessione annuimus. & quia cuiuslibet tabernaculi Dei status firmius figitur, cum regno tan-

quam

quam principali & fortiori paxillo innititur, nos quoque tum pro beati *Johannis* deuocione ac reuerencia, tum quia noſtri officii eſt ſatagere, ut ſub tutela noſtra quiete conſeruentur, ac fructificent Chriſti pauperes, eidem loco dilectionem, protectionem, & curam affectioſius impendere ſalubre nobis eſſe ſperamus. Proinde ſub fidelium noſtrorum preſencia, & ob eorum interuentum prefatum locum dilecti Dei beati *Johannis* cum omnibus appendiciis ſuis rebus tam preſentibus quam futuris, queſitis, & acquirendis noſtre defenſioni committimus, & ſub uirga regni noſtri cum manuſcripto immutabiliter collocamus, ut uno eodemque ordine per eternorum temporum uolubilitatem, per imperatorum, ac regum ſuccedentium nobis proſperitatem ſub regalis panni noſtri interminacione, & eiusdem compoſitione dampnante a nobis libertatis uiolatoribus, hec ita uſque ad eterna ſecula decurrant illibata. Sit in eodem cenobio Abbatis libera electio, & pro aduocato a rege conſtituendo fratrum non neganda peticio. Poſtremo nobis etiam ignorantibus & inconſultis libere diſpoſitioni ſecundum Deum omnia cedant, libertati optate cuncta donata ſint. Et ut hec noſtra conceſſio, ſicut diximus, per futura & eterna temporum curricula rata & inconcuſſa permaneat, hanc paginam regalis caracteris noſtri impreſſione ſignari precepimus, atque huius rei teſtium nomina ſubter ſignari non minus cautum, quam neceſſarium fore arbitrati ſumus.

CHUNRADUS *Salzburgenſis* Archiepiſcopus. OTTO *Babenbergenſis* epiſcopus. CHUNO *ratisponenſis* epiſcopus.

GEBEHARDUS eistetensis episcopus. HERIMANNUS *augustensis* episcopus. EMBRICO *Wirceburgensis* episcopus. MEGINGOT *merseburgensis* episcopus. HEINRICUS *dux bawariorum.* DIETPALDUS *marchio.* OTTO *palatinus comes.* BERHTOLDUS comes, & filius eius POPPO. HERIMANNUS *comes saxonie.* ADELBERTUS *comes.* De ministerialibus quoque per aurem attractis *Rudiger*, & alii fideles nostri.

(L.S.)

Signum domini LOTHARII
Regis tercii inuictissimi.

Monogramma. N. 2. *

EKKEHARDUS cancellarius uice ADELBERTI archicancellarii recognoui.

Data anno dominice incarnationis Millesimo centesimo uigesimo nono, indictione septima, Kalendis iunii, anno uero ordinacionis domni LOTHARII regis tercii quarto. Actum *Stohka* feliciter. Amen.

Num. II. Confirmatio cæsarea concambii. An. 1135.

In nomine sancte & indiuidue trinitatis LOTHARIUS diuina fauente clemencia tercius Romanorum Imperator augustus.

Sicut imperialis est auctoritas superbos deicere, contumacibus contraire, sic eius magnificencie, & decoris est humiles,

* Originale cum Monogrammate & Sigillo illæso, diverso paullisper ab eo, quod ex Meichelbeckio prostat in Prodromo Chronici Gottwicensis. *Tab. Sigill. Mallerstorf.* N. 1.

miles, & deuotos beneficiis attolere, ſcriptorum auctoritate corroberare. Unde notum eſſe uolumus cunctis preſentis futurique temporis fidelibus, qualiter uenerabilis abbas cenobii ſancti *Johannis* apoſtoli, & euangeliſte quod eſt ſitum in caſtro *Madelhardesdorf* nomine *Ebbo* ducem Bawarie HAINRICUM adiit, & de fundo ſue dicionis dominicalem curtem *Stenenkirche* dictam monaſterio uicinam ſibi in concambium dari poſtulauit. Eadem uero curtis erat *Ottonis* ratisponenſis preſecti beneficium. Cuius conſenſu actum eſt concambium. Dux itaque HAINRICUS predicti abbatis *Ebbonis* precibus & uoluntati annuens, cum conſilio aliorum Imperii noſtri fidelium idem concambium conceſſit, & fecit. tradens Monaſterio ſancti *Johannis* euangeliſte dominicalem curtem *Stenenkirche* ſitam. Cum molendino & omnibus ſuis pertinenciis queſitis, & inquirendis, cultis & incultis. pratis. paſcuis. aquis. aquarumque decurſibus, & recipientes in ius iuſte commutacionis. quicquid Eccleſia predicta habuit in uilla *luitharteſtorf* dicta. & predium quoddam *Chorbe* dictum. Hoc itaque concambium coram fidelibus factum prefatus Dux HEINRICUS conceſſit. & fecit. & ſcripti noſtri auctoritate corroborari poſtulavit. cuius peticioni annuentes concambium idem confirmamus, & in perpetuum inconuulſum manere imperiali auctoritate decernentes, preſentis ſcripti decreto corroborauimus, & ut ab omnibus in poſterum melius cognoſcatur, & credatur. ſigilli noſtri impreſſione ſignauimus. Huic rei interſuerunt DIETWINUS *Cardinalis Epiſcopus de Titulo ſancte Rufine.* ADELBERTUS *moguntinus Archiepiſcopus.* CHOUNRADUS *ſalzburgenſis archiepiſcopus.* BRUNNO *co-*

 lonienſis

lonienſis archiepiſcopus. CHOUNRADUS *Magdeburgenſis archiepiſcopus*, ADALBERO *Treuerenſis archiepiſcopus.* ADALBERO *Hammburgenſis archiepiſcopus.* WIDO *biſuntinus archiepiſcopus.* OTTO *babenbergenſis* Epiſcopus. HEINRICUS *ratisponenſis* Epiſcopus. REIGEMARUS *patauienſis.* GEBHARDUS *eiſtatenſis.* EMBRICO *Wirziburgenſis.* HAINRICUS *Dux Bawarie.* DIETPALDUS *marchio.* ENGELMARUS *marchio.* ADELBERTUS *marchio.* WILHELMUS *palatinus.* FRIDERICUS *palatinus.* OTTO *palatinus.* UDELRICUS *Dux filius* ENGELBERTI *ducis.*

(L.S.)

Signum Domni LOTHARII tercii Romanorum Regis inuictiſſimi.

Monogramma N. 3.

Ego *Ekkhardus* uice *Adalberti* Mogontini. Archiepiſcopi, & archicancellarii recognovi.

Data anno dominice incarnationis milleſimo centeſimo trigeſimo quinto indictione decima tercia. XVI. K. April. anno vero ordinationis LOTHARII Regis X. Imperii uero ſecundo. Actum *Babenberch.* feliciter amen. amen. amen.

Num.

---

* Originale cum Sigillo non integro & Monogrammate. Tab. Sigill. N. 3.

** Vide infra Diplomatarium B. N. 1.

Num. III. Confirmatio Papalis Monaſterii. An. 1139.

INNOCENTIUS. Epiſcopus, ſeruus ſeruorum Dei. Dilecto filio *Epponi* abbati Monaſterii *Madalhordiſtorfenſis*, quod in *Ratisponenſi* Epiſcopatu in honore beati *Johannis* Euangeliſte ſitum eſt, eiusque ſucceſſoribus regulariter ſubſtituendis in perpetuam Memoriam.

Ad hoc uniuerſalis Eccleſie cura nobis a Prouiſore omnium bonorum commiſſa eſt, ut religioſas diligamus Perſonas, & beneplacentem Deo Religionem ſtudeamus modis omnibus propagare. Nec enim gratus Deo aliquando famulatus impenditur, niſi ex charitatis radice procedens, a puritate religionis fuerit conſeruatus. Hoc nimirum charitatis intuitu, dilecte in Domino fili, *Eppo abbas*! tuis racionabilibus poſtulacionibus clemencius annuentes, Monaſterium beati *Johannis* Euangeliſte, cui auctore domino preſides, quod utique ab HENRICO quodam, & filio eius ERNESTO pia deuocione noſcitur eſſe conſtructum, cum ſuis omnibus pertinenciis ſub apoſtolice ſedis tutela, & protectione ſuſcipimus, & preſenti priuilegio communimus, imprimis ſiquidem ſtatuentes, ut ordo monaſticus ſecundum beati *Benedicti* regulam perpetuis futuris temporibus inuiolabiliter inibi conſeruetur. Libertatem quoque a recolende memorie Imperatore LOTHARIO, ſeu ab aliis eccleſiaſticis, ſecularibusue perſonis eidem cenobio collatam, nec non concambium, quod inter te, & Monaſterium Sanctimonialium *ratisponenſium* propter emancipacionem cenſus actum eſt, preſenti ſcripto firmamus,

mamus, & illibata perpetuo manere ſancimus. Preterea quascunque poſſeſſiones, quecunque bona idem cenobium in preſenciarum iuſte, & canonice poſſidet, aut in futurum conceſſione Pontificum, liberalitate Regum, uel Principum, oblacione fidelium, ſeu aliis iuſtis modis preſtante domino poterit adipiſci, firma tibi tuisque ſucceſſoribus, & integra perſeuerent. In quibus hec propriis duximus nominibus exprimenda. Predium in uilla *Strinchirche* cum agris, ſiluis & pratis & molendino in eodem loco ſito. Predium cum molendino in uilla *Ettinsdorf* ſito cum ſuis pertinenciis. *Routcheſtorf*. *Hardare*. *Aſcholskueſen*, cum ſuis pertinenciis. *Ketenpuint*. *Ruitte*. *Pirinpach*. *Pouchuſen* cum capella & aliis pertinenciis. *Aſalpach*, *Poucha* cum ſuis pertinenciis. *Perchem* cum molendino. *Harde* cum capella & aliis pertinenciis. *Clephinge*. *Sirchingin*. *Peningin*. *Poucha*. *Weringiſingen*. *Tachinga* cum tribus uineis, *Grieſpach*, *Steinpach*, *Kaſta* cum ſuis pertinentiis. *Mangontinga* cum molendino. duo Predia *Tattinge*. Uineam apud *Wenga*. Uineam apud *Watinpach*. In Epiſcopatu *patavienſi* quinque Uineas apud tranſitum *Marcuardi*, apud *Sickindorf* unam uineam. *Trazinsdorf*, *Slichinsdorf*, *Grimidorf* cum ſuis Pertinenciis & Mancipiis utriusque generis eandem poſſeſſionem incolentibus a nobili femina LUITKARDA ueſtro Monaſterio intuitu diuini amoris collatam. Adicientes inſuper ſtatuimus, ut de fundo ueſtri Monaſterii ſiue de noualibus uel aliis laboribus, quos propriis manibus ſumptibusue excolitis nullus a nobis decimas exigere preſumat. Nulli eciam Epiſcopo licencia pateat, angarias uel alias nouas exactiones monaſtice quieti & religioni con-

trarias

trarias uobis uel Eccleſie ueſtre imponere. Sepulturam quoque ipſius loci liberam eſſe cenſemus, ut eorum, qui ſe illic ſepeliri deliberauerint, deuocioni & extreme uoluntati, niſi forte excommunicati ſint, nullus obſiſtat. Obeunte uero te nunc eiusdem loci abbate nullus inibi qualibet ſurreptionis aſtucia ſeu uiolencia preponatur, niſi quem fratres communi aſſenſu uel pars conſilii ſenioris ſecundum Dei timorem, & beati *Benedicti* regulam elegerint. Liceat eciam uobis & Eccleſie ueſtre aduocatum eligere atque ad peragendas utilitates ipſius loci deinceps ipſum habere. Porro ſi quis poſt Profeſſionem in ueſtro cenobio factam exinde aſſugerit, ſecundo, tercioue commonitus ad clauſtrum ueſtrum redire contempſerit, ipſum uobis liceat excommunicare. Excommunicatum autem nullus Epiſcoporum, abbatum, vel Priorum audeat retinere. Nulli ergo omnino hominum fas ſit idem cenobium perturbare, aut eius poſſeſſiones auferre, uel ablatas retinere, minuere, aut quibuslibet exactionibus fatigare, ſed omnia integra conſeruentur ueſtris ac pauperum uſibus profutura. Salua nimirum iuſticia & reuerencia *bambergenſis* Eccleſie, cui idem Cenobium cum ſuis pertinenciis tuo ſtudio ac peticione dilecte in Domino fili *Eppo abbas* conſtat eſſe delegatum, atque ſubiectum. Si qua ergo in futurum eccleſiaſtica ſecularisue perſona hanc noſtre conſtitucionis paginam ſciens contra eam temere uenire temptauerit, ſecundo, tercioue commonita, ſi non congrue ſatisfecerit, poteſtatis honorisque ſui dignitate careat, reamque ſe diuino iudicio exiſtere de perpetrata iniquitate cognoſcat, & a ſacratiſſimo corpore ac ſanguine Dei & Domini Redemptoris noſti Jeſu Chriſti

Chriſti aliena fiat, atque in extremo examine diſtricte ultioni ſubiaceat. Cunctis autem eidem loco ſua iura ſeruantibus ſit pax Domini noſtri Jeſu Chriſti, quatenus hic fructum bone actionis percipiant, & apud diſtrictum iudicem premia eterne pacis inueniant. amen. amen. amen.

Ego INNOCENTIUS catholice Eccleſie Epiſcopus. ss.



†. Ego *Gerhardus* presbiter Cardinalis titul. ſancte Crucis in Jeruſalem ss.

†. Ego *Anſelmus* preſbiter Cardinalis tit. S. Larencii in Lucina ss.

†. Ego *Lucas* preſbiter Cardinalis tit. ſanctorum Johannis & Pauli ss.

†. Ego *Guido* ſancte Romane Eccleſie indignus ſacerdos ss.

†. Ego *Cornelius* preſbiter Cardinalis tit. Eudoxie ss.

†. Ego *Griſogonus* preſb. Card. tt. Praxedis. ss.

Datum *Laterani*, per manus *Aimerici* ſancte Romane Eccleſie Cardinalis, & Cancellarii VII. Id. Januarii. Indictione II.

II. Incarnacionis Domini Anno MCXXXVIIII. Pontificatus vero Domni Innocentii Pappe II. Anno VIIII. *

Num. IV. Privilegium boicum de Advocia gratuita, nec alteri conferenda. Intra ann. 1209-20.

LODEWICUS Dei gracia *comes Palatinus Reni Doux Bawarie.* Vniuersis presens scriptum intuentibus feliciter, amen. Omnia facta temporalium, temporalem sorciuntur motum, que naturali motu tendunt ad interitum, necesse est literarum testimonio corroborari. Nouerint igitur tam presentis eui, quam future posteritatis fideles, quod antecessores nostri nobis reliquerunt. quod in aduocacia *Mallerstorf* nihil iuris habemus. sed intuitu diuine clemencie. & ob remissionem peccatorum nostrorum eos defendere & custodire tenemur. Idem nostro filio nostris suisque successoribus relinquimus obseruandum, Insuper notum esse uolumus. quod antedictam aduocaciam nulli committere, aut aliqua inde conferre de hominibus seu redditibus poterimus. nisi fuerit de communi consensu, & uoluntate totius congregationis, & horum, qui sunt fundatores loci ut autem hec rata, & inconcussa permaneant. sigillo nostro iussimus presentem paginam communiri. Huius rei testes sunt *Palatinus comes RAPOTO. Comes ALBERTUS* & eius *frater LEUPOLDUS de Bogen. Comes COUNRADUS de Mosbach*, & *COUNRADUS* & *HEINRICUS* eius filii. *Comes CHALOUS de Kirchberg. AL-*

* Originale cum plumbea Bulla. Tab. Sigill. N. 4.

ALRAMMUS de Halse. WERNHERUS de Laber. Piligrimus de Moſen. Hoholdus & Hainricus eius Frater de Wolmutſa. Perchtoldus de Schilperg. Hadmarus de Akuſen. Ulricus marſcalcus de Screwhen. Leutoldus pincerna de Owe. Otto pes, Chounradus dapifer de Baigerbrune. Chounradus de Harbach. Bertoldus de Perge. Erneſtus de Newnberc. Heinricus de Traubach. Heinricus dapifer de Celle. Perchtoldus Pincerna, & alii quam plures.

Num. V. Confirmatio præcedentis Privilegii. An. 1265.

HEINRICUS Dei gracia *Palatinus Comes Rheni Dux Bawarie.* Uniuerſis Chriſti fidelibus in perpetuum gaudere gracia Saluatoris. Uergentis in ſenium ſeculi corruptela geſta Principum in obliuionis aut calumpnie iacturam diſtraheret, niſi foret memoria perennata remedio Teſtium, & ſcripture, que huiusmodi negocia contra futura diſpendia preſeruaret. Agnoſcat igitur uniuerſorum induſtria, quod nos bone memorie LOVDWICI *comitis Palatini Rheni Ducis Bawarie avi noſtri* inſpecto priuilegio recognoſcimus nihil iuris in aduocacia Eccleſie de *Malharsdorf* nos habere, ſed eiusdem bona & homines ipſamque Eccleſiam tenemur defendere, ac eciam cuſtodire diuine retribucionis intuitu ad noſtrorum indulgenciam peccaminum facilius impetrandam. quod ſimiliter noſtris liberis ac eciam ſucceſſoribus relinquimus obſeruandum. Inſuper antedictam aduocaciam nulli committere uel conferre quicquam ex ea de rebus aut hominibus poteri-

terimus, niſi de communi conuentus ipſius ac eciam fundatorum eiusdem Eccleſie conſilio, & conſenſu. In cuius rei teſtimonium, & perennem cautelam preſentes litteras conſcribi, & ſigilli noſtri munimine fecimus inſigniri. Cum teſtibus annotatis, qui ſunt hii: *Poppo de Oſterna. Heinricus ſacerdos in Lindhart. Sifridus de Frouwenberg. Otto frater eiusdem. Heinricus de Rorbach. Richkerus de Aheim. Hartpertus Frater eius. Hiltprandus de Povchberch. Heinricus de Rounitingen. Wolſkerus de Warte. Hermannus de Newenberch. Eberhardus iunior de Chlaheim. Chounradus de Priſinger. Zacharias de Pochsövwe. Eberhardus de Harschirchen. Counradus de Moſdorf. Perhtodus de Aindorf. Otto de Schwarza. Roudolſus Grans. Hermannus Chatzenbekke. Roudungus Marſchalcus. Chovnradus Hopfnetz Marquardus de Steinbach*, & alii quam plures. Datum in *Lantshovt.* Anno Dominice incarnacionis MCCLXV. quinto Kal. Auguſti. Indictione VIII.

Num. VI. Nova confirmatio boica præcedentium Privilegiorum. An. 1293.

Nos OTTO Dei gracia. *Palatinus*, *Comes Reni*, *Dux Bawarie.* Preſentibus profitemur, quod Priuilegium quondam cariſſimi *patris noſtri*, Dni. HEINRICI *Palatini Comitis Reni*, *Ducis Bawarie*, diue recordacionis. ſub certo ſigillo ſuo pendente ſaluum uidimus, & contrectauimus, omnimodis in hec uerba. HEINRICUS Dei gracia *palatin. com. Reni*, *Dux Bawar.* Uniuerſis Chriſti fidelibus in perpetuum gaudere gracia Saluatoris. Vt ſupra Num. V.

Unde nos de carissimorum *fratrum nostrorum* LUDWICI, & STEPHANI expresso beneplacito & consensu, omnia iura supradicta ipsi Monasterio in *Malhartstorf* plene recognoscimus & presentibus nostris literis aprobamus, uolentes eisdem tam per nos, quam per successores nostros prescriptarum recognicionum & graciarum Indulgentias in nullo minui, sed augeri, & per nostre defensionis fauores, & gracias ampliari. In cuius renouacionis testimonium presens instrumentum eisdem dedimus, maioris sigilli nostri robore communitum. Testibus premissis, qui presentes fuerunt, nihilominus subnotatis. & sunt hii: *ALBERTUS comes de Halse. VLRICUS de Abensperch. BERNGERUS comes de Leonsberch. Magister Cundachlerus noster prothonotarius. Chunradus de Preising. Vlricus Dapifer de Ekkenmovle. Wernherus Vicedomnus de stroubing. Albertus antiquus Vicedomnus de Stroubing. Karolus de Rain frater suus. Chunradus notarius,* & quam plures alii fide digni.

Datum, & renouatum *Ratisbone.* Anno Domini Millesimo, ducentesimo nonagesimo tercio. In die Philippi & Jacobi beatorum apostolorum.

Num. VII. Mandatum pontificium de revocandis Bonis Monasterii male alienatis. An. 1303.

BONIFACIUS Episcopus seruus seruorum Dei. Venerabili fratri . . . Episcopo *Ratisponensi* salutem & apostolicam benedictionem. Dilectorum Filiorum . . . Abbatis & Conuentus

uentus Monaſterii *Malherſtorf* ordinis ſancti *Benedicti Ratisponen.* diœc. precibus inclinati preſentium tibi auctoritate mandamus quatenus ea que de bonis ipſius Monaſterii alienata inueneris illicite, vel diſtracta ad ius & proprietatem eiusdem Monaſterii legitime reuocare procures. contradictores per cenſuram eccleſiaſticam appellacione poſtpoſita compeſcendo. Teſtes autem qui fuerunt nominati, ſi ſe gracia, odio, vel timore ſubtraxerunt, ſimili appelacione ceſſante compellas ueritate teſtimonium perhibere. Datum *Lateran.* XV. Kl. Maij. Pontificatus noſtri Anno nono.

N. Leonardi.

Num. VIII. Immunitas boica a Theloneis & muta. An. 1321.

Nos HAINRICUS, OTTO, & HAINRICUS Dei gracia *palatini Comites Reni*, *Duces Bawarie* preſentibus profitemur, quod Litteras kariſſimi *Patris*, & *patrui* noſtri STEPHANI recordationis inclite ſub certo ſigillo vidimus, & contrectauimus integras, atque ſaluas omnimodis in hec verba. „ Nos STEPHANUS Dei gracia *comes palatinus Reni*, *Dux Bawarie* tenore preſentium profitemur, quod Litteras kariſſimi *Patris noſtri illuſtris HENRICI* diue recordacionis ſuper quadam Libertate Eccleſie in *Malherſtorf* datas recepimus ſalvas per omnia in hec verba. „ HEINRICUS Dei gratia *palatinus Comes Reni*, *Dux Bawarie* Mutariis & Thelonearìis ſuis in *Vilshouen*, *Plenting*, *Tekkendorf*, *Pogen*, & *Straubing*, graciam ſuam & omne bonum, quia in remiſſionem

nem noſtrorum peccaminum & ob remedium kariſſime *Vxoris noſtre ELYZABET* ac Liberorum noſtrorum Ecclesie in *Malherſtorf* hanc decernimus graciam faciendam, ut de Vino ſuo de *Auſtria* pertinente ad cellarium ſuum deinceps in perpetuum Mutam, vel theloneum non perſoluat. Mandamus igitur vobis diſtricte precipientes, vt eidem Ecclesie eandem gratiam inviolabiliter obſervetis permittentes predictum Vinum ipſius Ecclesie ſine exaccione Mute vel Thelonei libere pertranſire. Et ut hec gracia predicte Ecclesie a nobis & Heredibus noſtris inuiolabilis obſeruetur ipſi preſentes literas dedimus ſigilli noſtri munimine communitas. Datum *Lantzhut in valle felici* anno Dni. M°CC° ſeptuageſimo primo pridie Kal. Nouembris. „ Nos igitur kariſſimi *Patris noſtri* veſtigiis inherere volentes huiusmodi graciam per Ipſum memorato Monaſterio factam preſentibus confirmamus, ſupradictis Thelonearıis & Mutariis nihilominus dantes firmiter in mandatis. ne per loca predicta Mutarum ſeu Theloneorum de Vino ad ſuum vt premiſſum eſt cellarium pertinente quicquam in perpetuum de iure vel de facto exigant aut requirant. Et vt huiusmodi gracia rata permaneat atque ſalua a nobis & heredibus noſtris preſentes dedimus Literas Sigilli noſtri robore confirmatas. Datum apud *Straubingam* anno Dni M°CCC°VI In exaltacione Sancte Chrucis. „ Nos igitur kariſſimorum predeceſſorum *patris patrui* ac *Aui* noſtri veſtigiis inherere volentes huiusmodi graciam per ipſos memorato Monaſterio factam preſentibus confirmamus ſupradictis Thelonearìis ac Mutariis nihilominus dantes firmiter in mandatis, ne per loca predicta Mutarum ſeu Theloneorum de Vino ad ſuum vt premiſſum

miſſum eſt cellarium pertinente quicquam in perpetuum de iure vel de facto exigant aut requirant, vt huiusmodi gracia a predeceſſoribus noſtris predicte Ecclefie facta a nobis & heredibus noſtris ſalua permaneat atque firma preſentes ſibi dedimus literas Sigillorum robore confirmatas. Datum apud *Straubingam* anno Dni M°CCC°XXI. In die beati Luce.

Num. VIIII. Confirmatio repetita de Advocatia Monaſterii gratuita. An. 1321.

Nos HEINRICUS OTTO & HEINRICUS dei gracia *comites palatini Reni Duces Bawarie* tenore preſentium profitemur, quod literas kariſſimorum *Patris & Patrui* noſtri Dm. OTTONIS recordationis inclite ſub certo Sigillo vidimus & contrectauimus integras atque ſaluas omnimodis per omnia in hec verba. „ Nos OTTO dei gracia *palatinus comes Reni, dux Bawarie* preſentibus profitemur &c. Vt ſupra N. VI.

Nos igitur predictorum kariſſimorum *Patris Patrui* ac *aui* noſtri veſtigiis inherere volentes huiusmodi graciam per ipſos memorato monaſterio factam preſentibus renouamus, confirmamus. & Sigillorum noſtrorum robore iuſſimus communiri. Datum & actum apud *Straubingam* anno M°CCC°XXI. In die beati Luce Ewangeliſte.

Num.

Num. X. Oblatio Mancipiorum ad annuum Censum. An. 1323.

Ich *Henrich der Panholtz*, vnd *Elspet* mein *Hausvrow*, vnd *Alkeit* ir *Schwester* vergehen, vnd tovn chovnt allen den, die den prief sehent, oder horent lesen, daz wir *chunraden* des *maris kint von hof* von *obersoenting*, vnd sein hausvrowen, daz wir die haben gegeben sant *Johanns gen Molkenstorf* auf den Alter zu einem Sel gerait durch vnser Sel willen, vnd vnser vordern dar vber gebent si all iar drei pfennig ze einem Vrchovnd als ander zinslevt tovn schullen, ir igliches, dar ovber geb wir in disen prif versigelt mit *Heinriches* des *vppehofars* Insigel, vnd auch *Heinriches* des *Panholtz* Insigel. der der selben sach *selpschol* ist gewesen, dar ovber vergech wir ich *Heinrich der Panholtz* vnd *Elspet* mein hausfrow daz wir in gehaissen vnd gelopt haben for svn *Vlrichen* wen er dar zv gewachs, daz er sich gunzlich verzeich in allem dem recht. vnd wir vns verzigen haben. ob si mich monent, &c. dar vmb des ist gezeuch *Pfharar von Pfaschofen her Vlrich* vnd *her Heinrich de Voppchofar*, vnd *fridreich des Schmavtzhauser*, vnd *chonrat der kaufman*, vnd *Wernhart de Mavrar*, vnd *Hartwich de Palder*, vnd *Aerbot de Perchmaüer*, vnd ander de pider levt, die do pi sint gewesen dar vmb. da diez Red stat vnd vnzerbrochen peleib. daz ist geschehen do von Christ gepvrt ist gewesen Tavsent iar vnd drwhovndert iar, und in dem drw und zwantzichsten iar, an sant Veitz tach.

Num.

Num. XI. Amicabilis compositio Litigii super decimis. An. 1327.

Ich *Steffan der chrucker* vnd mein mueter vnd meine geswistergeid vnd all vnser erben di wir haben vnd noch gewinnen, veriehen vnd tuen chunt offenbar mit disem brief allen den di in sehent oder horent lesen daz ich *steffan* mit *dietrichen dem schaffer* datz zu *parfüzzen* einen krieg vnd ansprach het vmb den zehent aus dem paw des gotzhaws ze *Malkersdorf* vnd den selben krieg vnd ansprach haben pedenthalbun lazzen an herrn *chunradten von Menchouen* von herrn *Heinreich von hautzendorff* vnd di habent vns bericht vnd verschaiden mit ein ander, also daz ich noch mein muter noch meine geswistergeid noch all vnser erben di wir haben vnd noch gewinnen fürbas chain ansprach noch vodrung sullen haben hintz dem vorgenantt *dietreich* vnd hintz allen den di den vorgenantt zehent Inn haben gehabt vnd noch ewichleich Inn habent vnd sind auch aller der freunt worden di wir an den zehent mit chainerlay beschuldigt heten vnd dar vber ze einem vrkund vnd zu einer festen statichait gib ich vorgenantt *steffan* disen brief mit meiner vorgenantt herrn herrn *Chunraten von Memchouen* vnd herrn *hainreich von hautzendorff* Insigeln versigelten vnd verpint ich mich vnd mein muter und meine geswistergeid vnd all vnser erben als wir vor geschriben sten pey vnsern trewn dar vnder alles stat ze halten das vorgeschriben stet. Des sind teidinger *Vlreich der Zollner fridreich der garnötl Vlreich der chumpfmullner* vnd ander pider Lavit ein michel tail vnd ist geschehen

hen do man zalt von kristes gepurt dreutzehenhundert iar vnd in dem siben vnd zwaintzigisten iar an sand peters abend.

Num. XII. Renovata Libertas Advōcatiæ gratuitæ. An. 1341.

Wir LUDWEIG von gotes genaden *Römischer Kaiser ze allen Zeiten mer des Reichs* tuen chund für vns und für. all vnser erben offenlich mit dysem brief die dy geistlichen laivt der abbt vnd der conuentt des gotzhaws zu *Malherstorff* sand *Benedicten* orden vnser lieb diemutig habent von den hochgeporn fürsten LUDWEIGEN, HAINREICHEN vnd OTTEN *pfalzgrauen pey Rein vnd hertzogen in Bayrn* vnsern vodern saligen gantz vnd an allen gepresten versigelt mit iren chrefftigen Insigeln vber die *vogtey irs klosters zu Malherstorf* gesehen haben das vnser vodern an der selben vogtey chainerlay recht nicht gehabt habent noch haben sullen. Vnd das sy vnd ir erben vnd nachkomen daz selb kloster an seinen Laivten vnd guten durch got schirmen vnd behuetten sullen vnd wellen vnd daz sy auch die selben vogtey oder ir Laivt oder ir guet nymant enphellen noch antwurten sullen an rat vnd guten willen vnd gunst der vorgenantten abbts vnd conuents oder des klosters stiffter. Vnd die selben brief vnd genad di in vnser vorgenantt vordern saligen getan habent dy bestatten wir dem vorgenantten abbt seinem Conuent vnd seinem kloster alls in die von vnsern vordern verschriben vnd getan sind. Vnd dar auf wellen wir vnd vnser erben vnd nachkomen schirmen durch got und hail

vnser

vnſer ſel alls ander vnſer vordern getan habent, und ſol ſi auch nyemant an der egenantt vogtey nicht hindern noch beſchwarn mit chainen ſachen pey vnſer hulden. Vnd daz in diſe genad von vns vnſern erben vnd nachkomen nicht vbervaren werd geben wir diſen brief verſigelt mit vnſern Kaiſerlichem Inſigel der geben iſt zu *Lantzhuet* an den hailigen auffert abent nach chriſtus gepurt drewtzehenhundert iar vnd in dem ain vnd viertzigiſten iar. In dem ſiben vnd zwaintzkiſten iar vnſers reichs vnd in dem viertzehenden des Kayſertumbes.

* Originale cum Sigillo Majeſtatis. Vol. XI. horum Mon. Tab. VII. n. 36.

Num. XIII. Confirmatio Imunitatis boicæ a Theloneis & Muta. An. 1341.

Wir LUDWEIG von gotes genaden *Römiſcher chayſer* zu allen Zeiten merer des Reichs tuen chunt für vns vnd für all vnſer erben vnd nachchomen offenlich mit dem brief. Das wir den gaiſtlichen Laivten dem abbt vnd dem conuent des chloſters zu *Malherſtorf* ſand *Benedicten* ordens vnſern lieben diemutigen durch got vnd durch hail vnſer vnd vnſer vodern vnd nachchomen ſel beſtatt haben die brief vnd genad der hochgeporn fürſten STEPHAN HAINREICH vnd HAINREICH OTT vnd HAINREICH *der Jung pfalzgrafen bey Rein vnd hertzogen in Bayren* vnſer vodern ſalig getan habent daz ſi den ſelben wein der in geuallen vnd dienen ſol in iren cheler iarleichen für all vnſer zoll vnd

mawt herauf von *Oesterreich* zoll frey füern sullen vnd mugen on all irrung. Vnd darumb wellen vnd gepieten wir all vnsern zollnarn vnd mauttnarn ze *viltzhouen*, ze *pleintting* ze *degkendorf* ze *pogen* vnd ze *strawbing* vestichlichen vnd ernstlichen daz si dem vorgenantt abbt vnd conuent zu *Malherstorf* alle iar ewichleichen iren wein der irm chloster zugehort herauf von *osterreich* on zol on mawt vnd on allen voderumb vnd irrumb zollfrey füeren vnd gen lassen vnd daz si sie mit chainerlay vodrumb nicht beswarn daran noch irrn wann wir nicht enwellen daz in disen vnser genad die wir vnd vnser vodern salig in getan haben yemant vbervar pey vnsern hulden vnd daz in die genad von vnsern erben vnd nachkomen icht ubervaren werd Geben wir disen brief zu vrkund versigelt mit vnsern chayserleichen Insigel der geben ist zu *Lantzhuet* an mitwochen vor dem aufferttag nach christ gepurt drewtzehenhundert iar darnach in dem ain vnd viertzigisten iar in den siben vnd zwaintzkisten iar vnsers Reichs und in dem viertzehenden des chaysertumbes.

Num. XIV. Confirmatio Privilegiorum. An. 1343.

Wir LUDWEIG von gotes genaden *Römischer chayser* ze allen Zeiten merer des Reichs bekenen vnd tuen chunt offenlich mit disen brief daz wir den geistlichen mannen dem abbt vnd dem conuent ze *Malherstorf* vnsern Lieben diemutigen durch vleizzig pet vnd durch besunder genad vnd gunst di wir zu in haben bestattigt haben all dy brief recht freyumb vnd guet gewonhait die si von vnsern vordern

saligen

ſaſigen vnd von der herrſchafft zu *Bayern* biz her pracht vnd gehabt habent vnd geben in auch all die recht vnd freyhait die annder kloſter in vnſern Land zu *Bayern* habent vnd biz her mit entzleicher gewer vnd gewonhait haben gepracht. Vnd wellen auch daz in dy grozz hantveſt di *chunig OTT* von *ungarn* ſalig *vnſer vetter* Land vnd Laivten geiſtlichen vnd weltlichen *vber dy gerichtt* geben hat ſtat beleib vnd von chainen vnſ ꝛu amptlaivten dy yetzu ſind oder fürbas werdent ewichleichen mit nichte werden vberuarn noch bechrenket. Vnd des zu vrkund haben wir diſen brief geben verſigeltn mit vnſerm Kayſerlichen inſigel der geben iſt zu *Lantzhuet* an ſand *Benedicten* tag nach Chriſtus gepurt drewtzehen hundert iar vnd in dem drew vnd viertzkiſten iar in dem naiwn und zwaintzkiſten iar vnſers reichs vnd in dem ſechtzehenden des Chayſertumbes.

Num. XV. Eadem confirmatio cum conſervatorio ſpeciali. An. 1343.

Wir LUDWEIG von gotes genaden *Römiſcher chayſer* ze allen zeiten merer des Reichs entpieten all vnſern amptlaivten Vitztumen Richtern vnd ſchergen uberal in vnſerm Lande ze *Bayern* die yetzo ſind oder fürbas werdent vnſer huld vnd alles guet. Wir lazzen euch wiſſen das wir den geiſtlichen mannen dem abbt vnd dem conuent zu *Malherſtorf* unſern lieben diemutigen beſtatigt haben allen die recht brief freyumb vnd guet gewonhait. Die ſi biz her von vnſern vodern vnd der herſchafft zu *Bayern* bracht vnd gehabt

habt habent. Vnd haben in auch geben alle di recht vnd freyhait die annder Klöster in vnserm Lande ze Bayern habent. Vnd besunderlichen haben wir in bestatigt di grozzen hantvest di *chunig OTT* salig vnser vetter Land vnd Laivten geistlichen vnd weltlichen *vber di gericht* geben hat. Vnd davon wellen wir vnd gepieten ew allen gemainichleichen vnd ewr yeglichen besunder vestichleichen. daz in den vorgenantt abbt vnd conuent die selben grozzen hantvest vnd all ander irew recht, die si in nutzlicher vnd in gueter gewonhait her bracht habent stat haltet vnd in die mit chainen sachen vbervart noch si dar an bekrenchet. Vnd dar vber haben wir in ze schirmer geben *arnolden den Mechsenhawser vnsern pfleger zu Bayern* oder der nach im pfleger wirt daz er si von vnsern wegen auf iren rechten schirmen vnd virsprechen sol an aller stat wo in des not beschieht vnd wann si des bedurfften. Der brief ist gegeben zu *Lantzhuet* an freytag vor dem suntag *Letare* (21. Martij) nach Kristus gepurt drewtzehen hundert iar vnd darnach in dem drew vnd viertzkisten iar in dem newn vnd zwaintzigisten iar vnsers Reiches vnd in dem sechtzehenden des Chaysertumbes. *

Num.

---

* Ex alterutro Ludovici Imp. Diplomate, ejusdem Anni & diei pendet Sigillum secretum, Aquilam unicipitem referens Tab. Sigill. N. 5. in eo diversum a *Fürstenfeldensi* Vol. IX. hor. Mon. Tab. I. n. 4. quod in hoc *Mallerstorfensi* Inscriptio exhibeat Titulum: IMP. S. A. cujusmodi in nostris Monumentis hactenus nullum occurrit.

Num. XVI. Venditio allodii pro Emphytheysi. An. 1345.

Ich *Jawt die griesmayerinn von Newfar* vnd all mein erben tuen chunt allen den di disen brief ansehent oder horent lesen daz wir dem Gotzhaws zu *Malherstorf* ze kauffen haben geben ein aigen das lang vnser aigen ist gewesen vmb pfunt regens. pfennig der wir gar vnd gantzleich gewert sein vnd vns vnsere herre der abbt vnd der conuent di genad getan daz si vns lazzen habent zu einem rechten erb also mit der beschaiden daz wir dem *guster* da von alle iar an sand *Marteins* tag geben vnd dienen sullen sechs vnd drewzzig regens pfennig di dan gib vnd gab sind. Vnd wenn wir dem vorgenant *guster* dy vorgenant pfennig nicht gaben so habent sich alle unsern recht di wir gehabt haben auf dem vorgenant aigen veruallen gar vnd gantz. Des sind gezeugen *her Ewerhart der chlachaimer von linthart* vnd her *hainreich sein sun* vnd *ffridreich der sigenhouer* vnd *mayer Vlreich von Etterstorf* vnd *albrecht der sneyder* vnd ander pider Laivt ein michel tail. Daz in das alles stat vnd vnzebrochen beleib geben wir in disen brief versigelten mit *herren Ewerharts des clachaimers* Insigel im vnd seinen erben on schaden den ze einem Vrkund vnd ze einer statichait wann er des selben aigens *salmann* ist gewesen vnd verpinten vns dar vnder mit vnsern trewen ze behalten das da geschriben stet wan wir aigens Insigels nicht enhaben. Das ist geschehen do mann zalt von Kristes gepurt drewtzehen hundert iar dar nach in dem fünf vnd viertzigisten iar an sand Erasms Tag.

Num.

Num. XVII. Conventio inter Monasteria Mallerstorf & Paring. 1347.

NOS VLRICUS Dei gracia *prepositus* totusque *Conuentus Monasterii in Paring.* Vniuersis presencia inspecturis, petimus declarari quod Monasterium sancti Johannis Ewangeliste in *Malherstorf* habuit pratum in *schirling* wlgariter dictum *grabwiz* quod Monasterio in proximo situm est & plurimum oportunum quod a Dno *Chunrado* venerabili abbate Monasterii prelibati cum consensu & voluntate conuentus sui contraximus tali pacto quod singulis annis in festo sancti *Martini* sine omni contradiccione & in omnem euentum *sacriste* qui tunc pro tempore fuerit ad officium *sacristie* de feodo nostro sito in *mitterhaselpach* quod wlgariter dicitur das *Ortleben* redditus triginta sex denariorum dare & persoluere voluntarie debeamus, quod si neglexerimus & tardauerimus in solucione predicta post dies octo numeratos post festum *Martini* debemus eis censum duplicare quod si non fecerimus pratum sepe dictum ad Monasterium in *Malherstorf* libere & solute cum omni melioracione revoluitur & finaliter reuertetur. Testes huius rei sunt *Dns Ewerhardus decanus in Westenkirchen Perchtoldus Newnbergarius Churadus Lavon hainricus Tekchenpekch albertus sartor dictus spat* & alii quam plures fide digni. Datum & actum anno Dni M°CCC° quadragesimo septimo. In die sancti Johannis apostoli & ewangeliste.

Num.

Num. XVIII. Traditio Mancipii. An. 1348.

Wir STEPHAN von gotes genaden *pfaltzgraf pey Rein vnd hertzog in Bayrn* bekenen offenlich mit dem brief daz wir angesehen haben die chost die der ersam geistlich mann *bruder chunrad abbt zu Malhersdorf* mit vns vnd vnsern dienern biz her gehabt hat, vnd auch noch tagleich hat vnd darumb zu einer ergetzung haben wir Im vnd seinen gotzhaws *Ferchtold des Tasters sun von haimelchouen* der vnser aigen mann biz her gewesen ist freyleich vnd ledigkleich ze aigen geben also daz wir noch chain vnser nachkomen fürbas chain voderung oder ansprach dar nach haben sullen. Wir gehaizzen auch pey vnsern genaden daz der vorgenantt abbt vnd sein gotzhaws vnd des egenanten *tasters* vater des - - - - vns vnd vnsern amptlaivten nicht engelten sullen darumb wellen wir vnd gepieten auch allen vnsern amplaivten die wir yezo haben oder fürbas gewinnen daz si die dar umb nicht laidigen noch bechumern in keiner weis ze vrkund geben wir disen brief versigelt mit vnsern Insigel der geben ist ze *Lantzhuet* an sand *Mathyas* abent nach kristes gepurt drewtzehenhundert iar darnach in dem acht vnd vierzigisten iar.

Num. XIX. Mutatio feudi in allodium. An. 1348.

Wir graf *Hanns von HALS* vnser hawsfraw vnd vnser erben verichen offenbar an dem brief allen den di in an sehent oder horent lesen daz wir durch vnser vorvodern

vnd nachkomen hail vnd ſæld willen den lieben herrn ſand *Johanns ze Malherſtorf* dem abbt vnd dem conuent da ſelben di zwo hueb ze *ſtainkirchen* di *Ortl* der *ſtainkircher* von vns ze lehen hat gehabt geaignet haben vnd auch aigen mit diſem brief den vorgenantt lieben herrn herrn ſand Johanns dem abbt vnd dem conuentt des erſamen chloſters ze *Malherſtorf* vnd dar vber ze einen vrkund geben wir in diſen brief für vns vnd für vnſer erben verſigelten mit vnſerm Inſigel der gegeben iſt nach Kriſtes gepurt drewtzehenhundert iar vnd darnach in dem acht vnd viertzigiſten iar an dem *palmtag*.

Num. XX. Venditio prædii, eiusdemque retraditio ad oblejam. An. 1350.

Wir *chvnrat* von gottes genaden Abbt ze *Malherſtorf* vnd der conuent daſelben veriehen vnd tun chunt allen den di diſen brief an ſehent oder horent leſen. Daz wir durch vnſers gottzhaws notdurfft willen ze chauffen haben gegeben vnſer gvt ze *hvntſteten* das iarleichen gilt ſechtzich pfennig on allen abganch mit allen ern vnd nvtzen di dar zu gehornt ze velld vnd ze dorf verſuecht vnd vnuerſuecht *herrn Otten* di weil *pfarren ze Ergolſpach* mit der weſchaiden daz wir oder chain abbt der nach vns chumt auf das vorgenant gut chain anſprach nymmer haben ſvllen noch mvgen nach dez vorgenanten herrn *Otten* di weil pfarrer ze *Ergolſpach* ow got vber in geput mit dem tot. ſo vergich ich vorgenant herr *Ott* di weil *pfarren ze Ergolſpach* daz ich

daz

daz ſelben gut ze *huntſteten* durch meiner ſel hail willen hin wider vermocht han dem conuent in ir *Oblay*. Dez ſelben gotzhaws ze *Malherſtorf* daz ſi dez vollen gewalt habent ze ſtiften vnd enſtiften alz ander irew gut on allew irrvng. Dez ſind gezeug *her herman* di weil *chellner* ze *Malherſtorf* vnd *her fridreich* daſelben vnd *her Erhart* di weil *techant ze Weſtenkirchen* vnd ander pider Laivt genug. daz das alles ſtat gantz vnd vnzebrochen weleib geben wier diſen prief mit vnſern Inſigel vnd mit vnſerz conventz Inſigel verſigelet vnd darzu ſo verpint ich mich vorgenanter her *Ott* di weil *pfarrer ze Ergolſpach* vnder di zway Inſigel mit meinem Trewen allez daz ſtat ze wehalten was vor von meinen wegen verſchriben iſt. Daz iſt geſchehen da von chriſtes gepurt waren Drewtzehen hundert iar vnd dar nach in dem fvniftzchiſten iar an ſand *Pauls Tag*.

Num. XXI. Conceſſio Decimarum pro annua præſtatione. An. 1356.

Wir *DIETREICH von AW Tuemprobſt*, *CHUNRAT von Weinberg techant* vnd gemainchlich das Capitel ze *Regenſpurg* veriehen vnd tuen chunt offenlich mit diſem brief das wir mit gueter betrachtumb vnd verdachtem mut vnſer vnd vnſers Capitels *Zehent* gelegen ze *Etterſtarf*, der da gehort in das chorlehen ze *Chefring* chlain vnd gros vnd was darzu gehort den erwirdigen herrn dem abbt vnd dem Conuent ze *Malherſtorf* vnd allen iren nachkomen gegeben, gemacht vnd beſtatigt haben ewichleich ze haben vnd ze niezzen,

zen, also mit dem geding vnd auch der beschaiden das si vnd all ir nachkomen ewichleichen *herrn Vlrichen dem strawbinger* vnserm chorherrn der das chorlehen yetzo Innhat da der selb Zehent zugehort vnd nach seinem tod allen andern vnsern chorherrn di das selb chorlehen dann zu der selben Zeit innhabent vnd besitzent iarleichen vnd alle iar davon geben vnd richten sullen on allen schaden gebrechen vnd abgangkch auf sand *haimrans abent* oder Tag zehen schilling gueter regens. pfennig, fünf gens, zehen hüner vnd welches iars si di vorgenant pfennig, gens, vnd huener auf di egenant frist nicht engaben so sind si ze hant gepunden vnd vervallen si zegeben dem vorgenantt vnserm chorherrn mit der *zwispil* on gebrechen schaden vnd abgankch. Vnd geschach das si es also mit der *zwispil* nicht richten vnd gaben in den nachsten viertzehen Tagen nach sand *Haimerans* Tag als vor geschriben ist so sullen si vnd sind gepunden di aber an der waid mit an der *zwispil* ze richten vnd ze geben allen geprechten schaden vnd abgankch vnd sullen noch - - mugen sich da wider nicht behelffen in chains weis mit chainerlay recht red pet vreyumb privilen, genad, scherm noch mit chainen andern sachen, das si des vberhaben noch vbertragen sein, si halten vns das alles als ze nacht geschriben ist Vnd dar vber diser sach ze vrkunt geben wir in disen brief versigelt mit vnsers gerichts Insigel das dar an hangt der auch gezeug sind her *perchtold der gaumrit*, her *chunrat gumprecht*, her *ludweig der wechslar, vnser chorherrn, hainrich vicari von sand stephan*, vnd *herman der zapfner.* Vnd der geben ist zu *Regens.* nach christes gepurt drewtzehenhundert iar vnd dar

nach

nach in dem ſechs vnd fünftzigiſten iar des nachſten mitwochen vor *Tyburcy*.

Num. XXII. Donatio feudi ut allodii. An. 1358.

XVII. Kal. Nov. Herrnoldus von Frauhofen. Juta ſein Hausfrau. Joannes Priſinger von Copſiperg. Herr Heinrich ein Ritter von Staudach. Otto von Moſpach. ein Chorherr zu Paſſaw.

XVI. Kal. Nov. Wendelina Staudacherin L.

Anno dni M. CCCLXXX. obiit illuſtris dna domina ANNA Vxor ſereniſſimi dni FRIDERICI ducis Bawarie & filia comitis de NEIFFEN & duciſſa Bawarie.

XV. Kal. Nov. Margret Gebolfin. Margareta Preyſingerin. MM. h. l. Herr Degenkard von Kamer canonicus in Freiſing. Herr Petrus Seman. dus Henricus Ep. Calcidonenſis quondam abbas de Ceſarea.

XIII. Kal. Nov. Alheid von Hohenarce l. Georg Kargl von Suſsbach.

XII. Kal. Nov. Richza von Flvgelſperch. Engla Achdordorferin MM. h. l. Gertrud von Teiſpach. L. fridrich von Weinting.

IX. Kal. Nov. Anno dni MCC. LXXI. obiit dna ELIZABET, filia Regis Ungarie, duciſſa Bawarie. (Vxor Henrici I. Ducis Bav. Inferioris.) Catherina Satzenhoferin.

VIII. Kal. Nov. Obiit dna Margretha Morſchalkin, abtiſſin zu der Saligen Porten. oſſmei Lengfelderin L. frau Alhaidis von Preiſing. Morgareta Cloſnerin. Frau Margareta Preiſingerin. Herr otto Pienzenauer.

VII. Kal. Nov. Juliana Fraunbergerin M. h. l. Alheit von Priſingen. Herr Albertus Preiſinger von Kopſſtain. Peter Wampl 1604.

VI.

VI. Kal. Nov. Agnes Achdorferin L. M. Joanna von Wolfwifen. in Nidernburg.

V. Kal. Nov. Elleis dev Glæffinne. Anna Leutgebin M. M. h. l. frau Walburga Preifingerin von Kopfperg. Frau Benigna von Preifing Viztumin al. ... 1620.

IIII. Kal. Nov. Chunigunt Lauterbeckin. M. h. l. *Anno dni M. CCC. XV. obiit dna AGNETIS. Soror illuftrium dnor. OTT. STEPH. ELIZABETH.*

III. Kal Nov. Barbara Feuerin. M. h. l Mæthild von Mofburch L. Barbara Rainerin. Herr von Schönbron Pfleger in Reichenhall 1655.

II. Kal. Nov. Irmgardis de capella. Anna Karglin MM. h. l. Elifabet Preifingerin L. Barbara lautenpeckin. frau Martha Græfin von Porcia. 1646. frau M. Elifabeth von Clofen ihr Schwefter. 1669.

NOVEMBER.

Kal. Non. Margareta Pehaymin. L. vita & moribus finceraque nobilis.

IIII. Non. Nov. Dna Ofanna de Paulftorf in Pulnhofen. Elizabeth von Reichen. MM. *Joannes Epifc.* Ofanna de Ramfperck.

III. Non. Nov. Elifabet Sawlbergerin. Margaretha Ahaimerin. MM. h. l.

II. Non. Nov. Veronica Schenckin. M. h. l. *Jhr durchleichtigkeit H. H. SIGISMUNDUS ALBERTUS Bifchof in Freifing und Regenfpurg* 1685. Appolonia Feurin.

Non.

Non. Nov. Agnes Lauterpekkin. Margareta Ekkerin. frau F. Anna Malvatterin abbt. hie 1617. *dna Chunegundis* (*Junior*) *de Ettendorf.*

VIII. Id. Nov. Gutta Morgenſternin M. h. l. Fridericus Achdorſer.

VII. Id. Nov. Magdalena franciſca von Seinsheim, gebohrne von Seckendorf, ex lutherana converſa Mon. in Nidernburg. 1688. M. Catharina Plankin ibid. 1688. Dns Johannes de Hals.

IIII. Id. Nov. Mæthildis de Katzbach. Brigida de Bruckberg. MM. h. l. Herr Erhard Nuſsperger. Brigida Pelchofferin. Herr Sebaſtian Persfelder Brobſt in München. Wilhalm Egloff, dechant bei S. Martin alhie. 1662.

II. Id. Nov. Herr Joannes Affalter. Barbara von Gundlfing. *Des Hochwürdigſten und durchlauchtigſten H. H. JOSEPH CLEMENTIS Herzog in Bairn und Churfurſt zu* Cöln.

Id. Nov. Margaretha Mæſſenhauſerin. Vrſula Stingelhamerin. MM. h. l.

XVIII. Kal. Decemb. Chunigund Truchſætzin, celleraria noſtra Sophia granſin. Roſina Seibolſtorferin. 1255. MM. h. l. *Eliſabeth comitiſſa de levtenberch.* Barbara Fraunbergerin ſein dochter. Frau Anna Gebeckin.

XVII. Kal. Decemb. Regina Pintzingerin. M. h. l. 1461. *Anno dni Milleſ. CCC. LXXVIIII. obiit inclitus dns OTTO MARGRAVIUS comes palat. Reni & dux Babarie. Iſt bei uns begraben.*

XVI. Kal. Decemb. Beatrix Pehamerin. M. h. l. *Agnetis comitiſſa palat. Reni ducissa BAWARIE.* Catherina Buechber-

bergerin. Bernardus Grans. Herr Heinricus Preisinger. Herr Eisenreich Chamerauer.

XVI. Kal. Decemb. Margareta Satelpogerin. Margareta Laimingerin. Walpurg Satelpogerin. Otilia laugenmantlin. M. M. h. l. Brigida Seibolstorferin Abbt. in Nidernburg zu Passau. Herr Bartholomeus Welser 1627.

XIIII. Kal. Decemb. Herr Herr MICHAEL KIENBERGER Bischof zu Salzburg. *

* Nota de hoc Archiepiscopo in alia pagina hujus Necrologii notantur sequentia „In dem 60. Jahr (post 1500) ist gestorben der Herr H. Michael Kienpurger Bischof zu Salzburg, albie her in vnser Closter gepracht, über nacht gestanden, und zu morgen pesungen von den Closterfrauen und mit peden Schulmeistern der Psalter gelesen worden. Essen, drincken, pesoldung von den pischovischen pezalt worden."

Anno dni MCCCC. LX. tercio in die elyzabeth vidue obiit illustris princeps ac dus dus JOHANNES DE MONACO comes palatin. Reni duxque Bauarie - -

XIII. Kal. Decemb. Gerdrudis de Brandenperk. Maria Nusspergerin M. M. h. l. Frau Agnes Chamerbergerin. Herr Hertweig von degenberg. Albrecht Haidelfinger und sein Hausfraw. frau Anna Susanna Auerin. 1642.

XII. Kal. Decemb. Offemia de Enstorf. Anno dni MDIX. ob. dna Agnes dicta Podnyn abbatissa huius Monasterii Alhart der Preising Sun frau Anna Preisingerin.

XI. Kal.

XI. Kal. Decemb. M. franciſca von Lodron M. de Niderſchönefeld 1711. Herr Albrecht camerauer. Herr franc. Ignatius von Carozio.

X. Kal. Decemb. Eliſabeta Rorbeckin M. h. l. Chunradus Chærgel. Sophia Achdorferin.

IX. Kal. Decemb. Alheidis de Waltbach. M. h. l. dorothea Viereckhin M. de Schönefeld 1651. Ludwig chamerauer. Herr Georg. Nuſsdorſer und Agnes ſein Hausfraw. Veronica Chloſnerin.

VIII. Kal. Decemb. Georg Sigmund Egloff. 1632.

VII. Kal. Decemb. Berechter der Vttendorfer.

VI. Kal Decemb. Mæthildis de Mura. Margaretha Capellærin. M. M. h. l. Benedicta catharina Auerin de Chiemſee 1672. Herr Wernerus de Staudach. Herr Gabriel Parth chorherr in München. vnd Ludwig ſein Brueder 1600.

V. Kal. Decemb. Cunegundis Lauterbekin. M. h. l.

IIII. Kal. Decemb. Rinmar von Brenneberch.

III. Kal. Decemb. Omelia Preſingerin. M. h. l. DNUS OTTO ILLUSTRIS DUX BAWARIE.

II. Kal. Decemb. Gertrudis von Frauenberg. catherina chappellerin. gutta Ahamerin. Novizin. Barbara Frawenhoferin. Eliſabeth Awerin. M. M. h. l.

DECEMBER.

Kal. Decemb. Regina Weichserin. M. h. l. *Anno dni MD. tertio obiit illustriss. & prudentissimus princeps ac dns dns. GEORGIUS. Reni comes palatinus, inferioris Superiorisque bavarie dux, filius legitimus LUDOWICI ducis. Idem Georgius fuit ultimus in ducatu LANTZHUTENSI, clausitque christianissime extremam diem in Ingolstat, & octavo die post obitum comitatu ad supra dictam civitatem* (Lantzhut) *lugerrimo eius nobile funus deductum tum in curru duo fratres Minores & presbyteri duo laternas ardentes tenentes consederunt, & octo viri venti lumina habentes ardentia currum circumdantes, qui vestibus induti nigris quasi Saccis erant. dein solenni processione totius Cleri & artificum in Saligenthal altera die ad sepeliendum adductum fuit, & per totum officium defunctorum ipsum nobile funus supra feretrum expositum fuit, nudam ac sanguineam faciem eius omnis volens videbat &c. &. ex eius morte tota tristatur provincia.*
Diser fürst ist bei vns begraben.

IIII. Non. Decemb. Frau Anna Barbara gebeckin. Mon. in Schönfeld 1638. Chunrat der fewer. Herr Johann Wolfgang Neuhaus. 1658.

III. Non. Decemb. Vrsula frawnbergerin M. h. l. Heinricus de Achdorf. Liutoldus filius Pincerni (Schenck.)

II. Non. Decemb. Anno dni MCCC. LXXXXIII. ob. Serenissimus dns dns FRIDERICUS dux Bauarie comes palatinus Reni. Ist bei uns begraben.

Non. Dec.

Non. Decemb. F. Scholaſtica Thereſia von Perſal. abbt. in Chiemſee 1682.

VIII. Id. Decemb. Margareta Ahamerin. Vrſula Preiſingerin. Martha Zeilhoferin. Barbara Sigershoferin. M. M. h. I. der edle Herr Eraſmus von Preiſing in Cronwinckl. 1525.

VII. Non. Decemb. Diemudis von Altdorf. frau M. Victoria Lintmairin abbtiſſin 1688. DNA AGNES, SOROR ILLUSTRIS DUCIS HAINRICI BAW. Elena von Aſch. Herr ferdinand Maria Freyherr von Neuhaus Landſchafts Præſident 1716.

V. Idus Decemb. dna Abbatiſſa Margareta Nuſsdorferin ob. an. 1380 — 82. Altman von Wintzer. Elſpet von Nördling.

IIII. Id. Decemb. Anna Barbara Sandizeſſerin von Schönfeld. 1626. Herr Chriſtoph Schrenck.

III. Id. Decemb. frau Agnes Monſtorf. M. h. I.

II. Id. Decemb. Gedrudis Frumeſline L.

Id. Decemb. Anna Preiſingerin M. h. I. Vlrich von Preiſing. 1621.

XIX. Kal. Jan. Anna Hebrantin. Aſtroberta Muggenthalerin M. M. h. I. Bertholdus magnus Prædicator. dietricus Pin erna. *Anno dni MCCC. XXXV. obiit dilectus dominus OTTO illuſtris dux Bawarie* (filius Stephani I.)

XVIII. Kal Jan. Herr Albertus von Hals.

XVI. Kal. Jan. Gerdrudis von Krems M. h. l. Herr Thomas Fraunberger.

XIIII. Kal. Jan. Agnes von Haunsperg. M. h. l.

XIII. Kal. Jan. Perchtoldus Seibolstorfer. *Anno dni MCCCXL. obiit dns JOHANNES ultimus hæres & dux Bawarie.* Omelia Feurin. frau Magdalena von Preising. 1633.

XII. Kal. Jan. Barbara Staufferin M. h. l. *Anno dni MCCC. X. obiit dns STEPHANUS inclitus dux Bawarie* (filius Henrici I. ducis Bav. infer.) *Dna MEHTILDIS Vxor LUDWICI* (Severi) *illustris ducis Bawarie. Herr ALBERTUS von Bogen.* *

(* Huius Nominis tertius, prior Ludmillæ fundatricis Maritus, cuius obitus in Necrologio Windbergensi refertur ad XIIII. Kal. Jan.)

XI. Kal. Jan. der durchleichtigsten Fr. Fr. MARIA ANTONIA THERESIA JOSEPHA, Churfurstin in BAYRN gebohrn kaiserl. Princessin von Oesterreich. Und *ihres Sohnes Herrn H. JOSEPH MAX LEOPOLD* Churprinz gestorben zu Brüssel im 8ten Jahr seines alters.

IX. Kal. *Jan.* Barbara Frawnhoferin M. h. l. Ebranus von dorffen. *Anno dni MCCCC. quadragesimo septimo obiit nobilis dna MARGARETA Vxor serenissimi dni dni HAINRICI* (divitis) *ducis Bavarie, de austria, & ducissa Bauarie.*

VIII. Kal.

VIII. Kal. Jan. Anno dni MCCC LXI. *obiit nobilis dna AGNES Regina Vngarie & duciſſa Bawarie* (Vxor II. ottonis.) Herr Joachim Preiſinger und Barbara ſein Hausfraw. Georg von Preiſing von Kopfſtain.

VII. Kal. Jan. Jutta Anna Rorbeckin. M. h. l.

V. Kal. Jan. Dna Sabina Planckin olim Abbatiſſa huius domus. ob. An. 1509 — 21. Bertholdus Senex Pincerna.

IIII. Kal. Jan. Mæthildis de Curia (Hofe) L. Chunradus de Hornbach. Mæthildis Vxor eius, & Vlricus filius eorumdem. Agnes dev frawenhoferin.

III. Kal. Jan. Catherina Satlpogerin. M. h. l.

II. Kal. Dna *Chunegundis de* Ottendorf. Herr Joh. franc. Max. Edatius Freiherr von Muggenthal 1717.

In eodem Necrologio poſt quædam intervalla ſequitur adnotatio prioris Manus Sæc. XIV. Anno dni MCCXXXII. Dna LUDEMIA duciſſa Bawie orta ex regali bohemorum nobiliſſima progenie fundauit Monaſterium Sanctimonialium cyſtercienſis ordinis, dictum *Vallisfelix* vel *Sældenthal*, ſitum prope *Landeshut* in dioceſi Rat. In quo Monaſterio omnes perſonas, que ibidem Deo fideliter ſeruientes uitam ſuam feli-

lici-

liciter finierunt, ac & que adhuc adhuc in hec uita degentes felicem finem se confidunt largiente dno recepturas, inuenies in presenti opusculo propriis nominibus in subsequentibus annotatas.

Primo dna AGNES cometissa de *Grunbach*, que deo cooperante prima suis meritis ibidem abbatie promeruit primum locum.

Deinde *Livgardis* Soror abbatisse. =

Dehinc sequitur Series prolixa Monialium, & has inter majusculis litteris vario colore pictæ.

" ELIZABETH, *filia dni Heinrici (primi) illustris ducis Bav.*

AGNETIS *filia ducis Stephani.*

Eidem Necrologio in fine adiuncta est farrago Historico-chronologica, satis indigesta, a nobis in ordinem redacta, quæ non nihil Lucis Historiæ patriæ affundit.

FAR-

FARRAGO
HISTORICO - CHRONOLOGICA.

MCVIII. Incepit ordo Cyſtercienſium.

MCLIIII. Fridericus coronator ab adriano pp.

MCLVI. Marchionatus Auſtriae mutatur in ducatum. eodem anno ducatus Bohemie mutatur in regnum per Fridericum Imperatorem.

MCLVI. ordinantur regulares canonici apud Saltzpurgam.

MCLVII. Imperato poloniam ſubegit.

MCLXI. Thomas cantuarie patitur.

MCLXII. Imperator Fridericus Mediolanum ſubvertit, ita vt ibi nulla domus vel turris preter eccleſias remaneret.

MCLXV. Mediolanum a ciuibus reparatur.

MCLXVII. Exercitus Imperatoris circiter tria millia romanorum cum duobus cardinalibus occidit, VII. millia cepit, vrbemque ingrediens eccleſias confregit, omnesque in eis inventos peremit. Secuta eſt grandis peſtilencia in Exercitum.

MCLXXX. Heinricus dux Bawarie & Saxonie ab Imperatore Friderico deponitur, & Otto de Schyra Dux Bawarie conſtituitur.

eodem

eodem anno Otaker Marchio Stirie, mutato nomine Marchionatus, dux appellari gloriatur.

MCLXXXXIII. Richardus Rex Anglie a Leupoldo duce Austrie captiuatur.

Eodem anno Albertus de Pogen fugat Ludewicum ducem Bawarie auxilio Bohemorum.

MCLXXXIX. Fridericus crucis signaculo insignitus cupiens ciuitatem Sci Sepulchri domini liberare, moritur. Heinricus filius eius consecratur.

MCLXXXIX. Fridericut Imperator Jerusalem ire volens, in aqua periit.

MCC. (An. MCXCVI.) Chunradus rex filius Friderici Imperatoris obiit.

MCCLXXXXIX. (*Legendum* 1197.) Heinricus rex moritur, & philippus frater eius succedit in regno.

MCLXXXXIX. Wolfgerus episcopus patauiensis expugnauit castrum in graben, & edificauit castrum in oberenperge.

MCCII. Sancta Elisabeth moritur.

MCCII. Sancta Chunegundis de tumulo transfertur.

MCCIII. prelium fuit inter episcopos Bawarie & Ludewicum ducem.

MCCIIII. Landeshut construitur.

MCCVIII

MCCVIII. philippus rex romanorum transuexit ducatum Bohemie in regnum.

Eodem anno vero anno incepit ordo minorum. (*Paullo infra initium huius ordinis compilator ad annum MCCVI. refert.*)

MCCVIII. Philippus Rex Romanorum comitem de Witelſpach fraudulenter in lecto ſuo occidit. (quod falſum.)

MCCVIII. Philippus rex occiditur. (*quod verum.*)

MCCIX. Otto Saxo Succedit in regro, & mox coronatur.

MCCXI. incepit prouectio puerorum trans fretum.

Eodem anno & tempore autumpnali Fridericus filius Friderici Imperatoris exiuit de Italia & fugauit Ottonem regem in Saxoniam, & regnauit pro eo.

M. CC. XIII. Gertrudis regina Vngarie occiditur.

M. CC. XV. Innocentius Papa Rome concilium habuit.

M. CC. XV. IX Kl. Decemb. Fridericus coronatur.

M. CC. XVI. Ordo predicatorum ſumpſit inicium.

M. CC. XVI. Kl Octobris terre motns factus eſt magnus hora diei prima, ita vt caſtella ruerent.

M. CC. XVIII. Perchtoldus comes obiit, & Straubingen construitur.

M. CC. XXII. Ludwicus Dux transfretauit, & Damiata perditur.

M. CC. XXIII. Laudawe construitur.

M. CC. XXIX Agnes ducissa Bawarie peperit Ludwicum Ducem Id. April.

M. CC. XXX. Leupoldus Dux Austrie obiit.

M. CC. XXXI. Ludwicus Dux occiditur.

M. CC. XXXI. Ludwicus Dux Bawarie in chelhaym occiditur.

M. CC. XXXII. Fundatum est claustrum Vallis felicis a Domina Ludmia Ducissa Bawarie.

M. CC. XXXIII. Heinricus Rex romanorum contra Ottonem Ducem Bawarie ingreditur.

M. CCC. XXXIIII. Otto dux occidit XL. Latrones in Varnbac.

M. CC XXXV. natus est Heinricus Dux XIII. Kal. Sept.

M. CC. XXXVI. Sancta Elisabeth transfertur, & Heinricus Rex exilio relegatur.

M. CC. XL. Obiit domina Ludmia Ducissa Bawarie.

M. CC. XLI.

M. CC. XLI. eklipſis ſolis facta eſt, & tartari vaſtaverunt Vngariam.

eodem anno obiit Heinricus comes de Ortenberch.

M. CC. XLI. Chunradus rex anguſtias patitur ad Scm Emmeramum.

M. CC. XLII. pridie Non. Octob. Sol obſcuratus eſt in meridie usque ad tres horas.

M. CC. XLIIII. Heinricus duxit dominam Eliſabeth filiam Bele Regis in Vngaria.

M. CCXLVI. Fridericus dux Auſtrie occiditur.

M. CC. XLVII. *H. enricus* Lantgrauius Duringie electus in regem obiit.

M. CC. LV. Ludwicus & Heinricus ducis Bawarie ſuam hereditatem diuiſerunt.

M. CC. LVI. Maria Vxor Ludwici ducis bawarie decollatur in Werdea, ipſa Ludewico jubente.

M. CC. LVII. Rex Bohemie apud Muldorf vincitur.

M. CC. LVIIII. & a fundatione clauſtri XXVII. dedicata eſt ecclesia noſtra in honore beate V. M. in vigilia Sci Michaelis a venerabili Heinrico Ep. Chimenſi.

M. CC. LX. flagellatores ſurgunt, & Rex Bohemie vincit Vngaros.

M. CC. LX. Ordo flagellantium cepit meſſe.

M.CC.LXVI. aparuit cometa per unum mensem.

— — — — princeps apulie filius Friderici Imperatoris magni cum multis theotonicis occiditur.

M.CC.LXVI. Wilhelmus Kristianissimus rex romanorum occisus est.

MCC.LXVII. Agnes ducissa antiquior obiit.

M.CC.LXVIII. Chunradus rex filius regis romanorum apulie cum duce austrie decollatur ascharlone. nunc restant XLIIII anni. (*ita Codex.*)

M.CC.LXXI. Elisabeth ducissa obiit, mater ducum.

M.CC.LXXIII. Rudolfus comes de habechspurch in regem romanorem eligitur, & sunt XXXII. anni. (*ita habet codex.*)

M.CC.LXXIII. apparuit quidam de Russia, qui dicebat se esse Fridericum Imperatorem, qui elapsis ante XXX. annis mortuus fuerat, quem rex Rudolfus cremari precepit.

M.CC.LXXVIII. occisus est Rex Otakarus Bohemie a Rudolfo rege romanorum.

M.CC.LXXXI. Anno nono regni Rudolfi cecidit ingens nix in vigilia purificationis, & durauit duobus mensibus vsque IX. kl. april. ita quod hominis equitantis genua attingeret.

M.CC.LXXXI.

M.CC.LXXXI. Rudgerus effectus eſt Notarius Burggrauii de Nurnberch, poſt hec Cancellarii Magiſtri Gotfridi Epiſcopi patavienſis, qui hev apud Nurnberch toxicatus fuit.

M.CC.LXXXV. in ciuitate Monacenſi Bawarie ob necem cuiusdam pueri a iudeis occiſi cremati ſunt vtriusque ſexus iudeorum CXL.

M.CC.LXXXX. ob. Heinricus Dux Bawarie.

M.CC.XC. ob. Heinricus illuſtris Dux Bawarie.

M.CC.XCI Obiit inuictiſſimus Rudolfus Rex Romanor. Idus Julij. & eodem anno vaſtata eſt Accaron a Soldano.

M.CC.XCII. in craſtino Apoſtolorum philippi & Jacobi Adolffus comes de Nazzawe electus fuit in regem romanorum.

M.CC.XCIIII. obiit Ludwicus dux Bawarie comes palatinus reni.

M.CC.XCV. factus eſt terre motus magnus circa meridiem, ita ut in Dyceſi chimenſi multa caſtra ruerent.

M.CCC.X. ob. Stephanus dux Bawarie.

M.CCC.XIII. Obiit Otto Rex Vngarie, & Dux Bawarie.

M.CCC.XXXIII. obiit Heinricus Dux Bawarie, filius predicti Regis Ottonis.

M CCC.XXXV. obiit otto dux Bawarie, filius predicti Stephani.

M.CCC.XXXIX.

M.CCC.XXXIX obiit Heinricus inclitus Dux Bawarie, etiam filius predicti Stephani.

M.CCC.XL. ob. Johannes filius predicti Heinrici, vltimus heres & princeps Bawarie. Quo defuncto Ludwicus inclitus Imperator possedit terram Bawarie *iure hereditario vna cum pueris suis*.

M. CCC.XLVII. ob. Dns Ludwicus inclitus Imperator.

Anno dni M.CCCCLV. ortus est illustris princeps Georius Dux Bauarie in opido Landshut, in festo assumptionis Marie Virg. gloriose, & duxit Vxorem sc. Reginam de polonia nomine *H*adwigis feria tertia post Martini an. dn. M.CCCC.LXXV. *manu coaeua*.



MONU-


N.1. p.443 An.1
N.4.
A.1319
A.1340
burg
N.7.p.475
A 1340
Ha
ger

Digitized by Google

N. 10 p. 290 A. 1397



N. 12 A. 1255 p. 562

N. II Mon. Miscell.

N. III. Mon.

Digitized by Google

MONUMENTA
MISCELLA.

Monitum.

Nulla anecdota medii Aevi negligenda censemus, quippe quæ non raro usum præstant, haut exspectatum.

Superest dubio procul post tantam Segetem multiplex Spicilegium, quod possessoribus enixe commendamus, & ut ab interitu vindicent, obtestamur.

MONU-

MONUMENTA MISCELLA.

Num. I.

Exemtio Episcopalis a decimis. Post An. 1146.

Notum sit omnibus tam presentibus quam futuris quod ego HENRICUS *) dei gra Ratisponensis eccle epc. pro remedio anime mee iustis postulationibus *Gebehardi* prepositi de *Winithberg* eiusque fratrum tam presentium quam futurorum libenter annuo & ut iuxta concessionem apostolicorum uirorum INNOCENTII uidelicet & EUGENII laborum eorum quos propriis manibus aut sumptibus colunt siue de nutrimentis eorum animalium nullus omnino ab eis decimas exigere presumat interdico. Precipue tamen decretum hoc in allodio eorum quod *vvrlbach* dicitur perpetuis temporibus inuiolabiliter conseruari decerno. & ut ecclesiam in eodem allo-

* *Comes de Wolfertshausen,*

allodio nuper edificatam cum dedicata fuerit ipsi procurent tam auctoritate nostra quam banno concedo. *) Si qua igitur in futurum ecclesiastica secularisue persona hanc nostre constitutionis paginam sciens contra eam temere uenire temptauerit. secundo. tertioue commonita. si non satisfactione congrua emendauerit. excommunicationis sententie subiacebit. Amen.

Originale, sine dato, cui a tergo impressum est Sigillum Episcopi sedentis. ex Archivio Windbergensi. Quoniam vero heic mentio fit Bullæ EUGENII P. P. de An. 1146. M. B. XIV. 18. & GEBEHARDUS utrobique non Abbas, sed Præpositus adpellatur; hinc post an. 1146. Privilegium istud concessum fuerit.

Num. II. Largitio Decimarum pro Anniversario. An. 1255.

ALBERTUS miseracione diuina *Ratispon. Eps.* Scriptum intuentibus salutem in omnium saluatore. Cupientes Laudem Dei & cultum sui nominis non solum uerbo factis & pietatis opere sedulo adaugere Notum facimus tam presentibus quam futuris, quod nos dilectis in Xto abbati & conuentui ecclesie in *Windeberge* decimas nouales in parochiali ecclesia *Windeberge* & filia sua scil ecclesia Sci *Engelmari* runcatas & runcandas. pure propter Deum & in remedium anime nostre & predecessorum nostrorum ac salute parentum nostrorum dedimus ecclesie *Windeberge* in perpetuum. seruituras, & ipsi anniuersarium nostrum celebrabunt in evum. habituri animas patris nostri & fratris nostri in suis orationibus commen-

*) Huius Privilegii fit mentio M. B. XIV. 41.

mendatas. In cuius rei euidentiam preſentes conſcribi fecimus litteras Sigilli noſtri munimine roboratas. Datum *Ratispone* an. dom. M. CC. LV. XII. Kal. Martij. Pontificatus noſtri anno nono.

Ex Archivio Windbergenſi originale cum Sigillo. Tab. II. Sigill. Seligen hal. N. 12. In locis fractis legendum erat: CLAVIS PETRI LIGAT SOLVIT. Vid. M. B. Vol XI. Tab. XI. N. 3. inter Sigilla Metenſia. Iſtud autem obſervatione ſingulari dignum, quod ad pedes Epiſcopi cernatur Scutum gentilitium familiæ ſuæ *Bittingeu*: novo argumento, Epiſcopos non demum ſæculo XIV. Inſignia gentis ſuæ Sigillis inſeruiſſe.

Num. III. Confirmatio boica Privilegiorum clericalium ſub onere celebrandi Anniverſarii perpetui. An. 1322. & 1365.

Wür ALBRECHT von gottes gnaden *Pfülzgrave bey Rhein vnd Herzog in bayren &c.* grave ze *Tyrol* und ze *Görze &c.* bekhenen und thuen kundt offentlich mit dem brief, das wir verſtanden haben von all unſrer Pfaffheit yberall in vnſern lande ze bayren, das ſy ſehr und vaſt beſchwärdt, gelaidigt und ybergriffen ſei an iren Pfafflichen Rechten eren und freiheiten, di ſy von Bäpſten und Kayſern, und von vnſern vorvodern Herzogen zu Bairn &c. habent, und di inen mit namen unſer lieber Her vnd vater Khayſer LUDWIG von Rom ſel: beſonderlich mit ſeinen Briefe gegeben, erneuert und beſtätt hat mit ſeinem kayſerl. Innſigel, das wür geſehen haben ganz und unzerbrochen. Welcher unſers lieben Hern vnd Vatters ſel. vorgenant Brief ſteht und ſich anhebt von Wort zu Wort, als hernach geſchriben ſteht:

„ Wür LUDWIG von gottes gnaden Romischer Khay-
„ ser zu allen Zeiten mehrer des Reichs thun kundt offent-
„ lich mit disem brief, dass wür durch gott und zu mehrung
„ unsers und unser erben (*heil*) aller Pfaffheit in unsern Lan-
„ de zu bayn, Ienhalben der donau und hin disshalb all ire
„ freiheit die sy habent von geistlichen oder weltlichen rech-
„ ten, von bäpsten, oder Khaysern bestätt ehwiglich mit
„ disem Brief fur uns und unsre erbern, dass In dhain unser
„ amtmann, Vitztumb, Richter, Vogt, Scherg, noch kain
„ Man in dem Laude Edl oder unedl armer oder reicher in
„ khein weiss bekhrenkhen oder yberharen soll bey un-
„ sern hulden, und bey unsern gnaden. Es soll auch khain
„ Vogt von Inen noch von keinen iren güetern, Widen,
„ oder hofstetten, oder was sy anders habent, es seyn Wi-
„ denleith, oder guett, nicht nemben, dann das alte Vogt-
„ recht, und soll yber das weder mit steür, noch mit khei-
„ nen andern dienst mer an Sy vordern, noch von Inen
„ nemben. Stirbt ein Pfaff, dess guetts soll sich khain Vitz-
„ tumb, Vogt, Richter, oder Scherg unterwinden von khai-
„ nerley Sachen, sondern soll es dahin gefallen, da er es
„ der Pfaff hin schafft, an die Kurchen, oder als es Pfaffei-
„ then Rechte sagent von Pabsten oder von Khaysern. Es
„ soll auch Niemand khainen Pfaffen, noch sein guett belan,
„ gen vor den Richter, dann vor iren Richter, es sey umb
„ guett, oder umb welcherley sach dæs sey. Und was ge-
„ wohnheit wider die egenanten freyheit der Pfaffen, und
„ wider unser vorgenant bestättigung in allen unsern lande
„ zu Bayrn &c. auferstanden sein, die nemben wir ab, vnd
„ wellen

„ wellen, dass si nicht crafft haben. Wer darüber einen „ Pfaffen wider seine freyung und unser bestättigung icht un- „ gemach thuet, den wöllen wur bessern darümb an seinen „ Leib, und an seinem guett, und wöllen, dass er uns ge- „ fallen sey. wie wir In bessern wöllen, als wir es mit den „ Rechten erlanget hett gegen In, und was darzue die Pfaf- „ fen mit geistlichen Rechten gegen den hand habent, die sy „ beschweren wider die vorgenante unser bestättigung, das „ ist Inen damit nicht abgenommen. Es sey unser guet „ Wille und Gunst, dass Sy vollfvhren mit Urkund diss „ briefs, den wir In geben mit unsern anhangenden Insigel „ versigelten, der geben ist nach Christi geburd drey zehen „ hundert Jare, darnach in dem zwai und zwainzigisten Jar, „ in dem fünfzehenten Jar unsers Reichs, und in den drit- „ ten des Kaysertumbs. "

Nun haben wür ALBRECHT vor genanter *Pfalzgrave* bey Rhein und Herzog in *bairn &c.* Grave zu *Tyrol &c.* an- gesehen den grossen gebrechen und das übergreiffen Pfaffhait yberall in unsern Lande zu bairn ist geschehen uber die Recht, Ehre und Freyheit, als In dess Vorgenanten unsers lieben Hern und Vatters Khaysers LUDWIGS sel. brief oben begrif- fen ist, und haben deroselben unser durch Gott, und durch ir fleissigen bitt willen, und umb unsers lieben hern und Vat- ter Khayser LUDWIGS, und all unser Vorvordern und Nach- komen Selen hayls willen, und dass Gottesdienst furbass ehe- wiglich in dem selben unsern Lande dest löblicher gehalten und volbracht werde, die obgeschriben iren Recht, Ehre, und

und Freyheit, als der obgeschriben unsers lieben hern und Vatters Kayser Ludwigs sel. brief inn heltet mit allen stuken und Articulen von besonderen Gnaden renouirt und bestätt, verneüern und bestätten In auch die mit disem unserm unsern Brief für uns, und unser Erben und Nachkomen, und mainen und wöllen auch In die stett haben, und In die nicht yberfaren, noch yemant anderst der unsern, der wür gewalltig sein, yberfaren lassen in dhain weis, sundern wir wollen Sy darbei halten und schirmen gen meniglich, wo In dæs nott beschiht. Vnd darum zu einer ewigen gedechtnuss und vmb hayl des obgenanten unsers lieben Hern vnd Vatters Kayser LUDWIGS sel. und all unser Vorfordern sel. So soll die oben geschriben unser Pfaffheit alle Jar ein Jartag halten yberall in unsern lannde zu bairn, auf den Tag, als unsers Vattern sel. Jarzeit steht, dass ist an Sanct *Gereons* tag und seiner gesellen der heiligen Martyrer. den abent mit vigilien, und des morgens darnach Selmess umb hail und Selde unser und der hochgebornen *Margaretha* unser lieben gemahlin, und aller unser Erben und Nachkomen, und dieselben Vigiln und Messen sollen fürbass also ewiglich gehalten und vollbracht werden an den Stätten und mit namen zu *Straubing*, *zu Khellhaimb*, *und Dinglfing zu Landau*, *zu Vilshoven*, *zu Deggendorf*, *und zu Chamb*, und in jeglich der selben Stätt sollen die Pfaffheit khomen als vill, als Sy dan ietzo selber undereinander geordnet gemacht, und mit irem brief verschriben habent, alles das zu halten und zu vollfüren in jeglicher Statt, als oben begriffen ist Geschech auch, dass under der obgenandten unser Pfaffheit ainer oder

mehr,

mehr, es wären Dechant, Kürchherr, oder Vicari, wie ſi genant ſein, yberall in unſern Lande zu Bairn &c. die jetzo ſindt, oder fürbaſs werdent, auf den tag und in die Stätt nicht khomen, als oben begriffen iſt, ſy ire darumb ehaft Nott, die ſy dan khundlich beweiſen möchten, der oder die ſelb Dechanej, darinn Sy geweſen ſind, in das Capitl zu beſſerung geben ain pfvnd Regenſpurger Pfening. Wär aber daſs ainer oder mehr derſelben beſſerung nicht gehorſamb wollten ſein, ſo ſollen ſy die andern in dem ſelben Capitl den oder die ſelben nach geiſtlicher ordnung darzu halten, daſs die beſſerung von Im oder In alſo gefalle, als oben begriffen iſt. Davon wöllen und gebieten wir allen unſern Amtleuten, Vitztumben, Pflegern, Richtern, Schergen und andern unſern getreuen Edl und undedln, wir die genant ſein, die durch vnſern willeu billich thun und clagen ſollen, die jetzo ſind, und fürbaſs werden, veſtiglich, daſs ſy die obgenanten vnſer Pfaſſheit yberall in vnſern lande zu bairn &c. bei der obgeſchriben vnſerer gnade, freyheit, und beſtättigung fürbaſs ewiglich von unſer wegen halten vnd ſchirmen, und In auch dieſelb nicht yberfaren, noch yemant auders yberfaren laſsen, in khein weiſ bei unſern hulden, und diſe obgeſchriben unſere Gnad, Erneuerung, vnd beſtättigung, als oben iſt begriffen, haben wir gethan nach vnſers Rats Rat, die dabei ſint geweſen, mit Namen, der Edlman *Grave Leopold von Hals*, und die Veſter Ritter *Werrath Auu*, *Albrecht Fuechberger von Wintzer*, *Schwichart Raſchel von Hainſpach*, *Albrecht Eckher Eglolf von Kolnbach*, *Lautwein Rœiner*, *Dietrich und Fridrich die Auer*,

Hans

Hans von Stainach Cunrad Huntzendorfer und Fridrich Ramsperger. Und deſs zu einer Urkundt aller obgeſchribenen Sache, daſs die fürbaſs alſo ſtett gehalten werde. und darwider nicht thun noch können in kein weiſ, geben wir diſen brief der obengeſchriben unſer Pfaffheit verſigelten mit unſerm groſſen anhangenden Inſigel, der geben iſt zu *Straubing* nach geburt dreyzehenhundert Jar, und darnach in dem fünf nnd Sechzigiſten Jare den Mittichen vor aller hayligen Tag.

Serenſs. D. D. Albertus
prſtb. conſil. ut ſupr.

S. A. D. Muren.

SYNO-

SYNODUS RATISPONENSIS ANNO MCCC. LXXVII. CELEBRATA.

MONITUM.

Hujus quidem ſynodi ſtatuta e membrana coœva monaſterii *Oberaltacenſis* cura ſodalis noſtri SCHOLLINERI eruta Anno MDCCLXXXV. typis ſtraubinganis lucem viderunt; quoniam vero hujusmodi ſchediaſmata, diſputationibus annuis deſtinata, exiguo numero inprimi & facile diſtrahi ſolent, illa heic denuo recudere & perennitati ſervare viſum fuit.

Incipiunt Statuta Synodalia Dioceſis Ratisponenſis repoſita & ſuppoſita certis tytulis anno legenda in concilio ſynodali, & in conuentibus Decanatuum per ſingulos Decanos frequenter recitanda.

Tytulus primus *de ſumma Trinitate, & ſide Katholica.*

II. *De electionibus, & confirmacionibus, ac animarum curis.*

III. *De Renunciacionibus.*

IV. *De Vita & honeſtate clericorum.*

V. *De cohabitacione clericorum & mulierum.*

VI. *De clericis abſentibus, & vicariis curam animarum regentibus.*

VII. *De clericis peregrinis & dyſcolis.*

VIII. *De cenſibus, prebendis, & eccleſiis parochialibus.*

IX. *De libertate eccleſiaſtica, & perſonarum atque rerum eccleſiaſticarum.*

X. *De rebus ecclesiarum non alienandis.*
XI. *De Testamentis.*
XII. *De Sepulturis.*
XIII. *De obseruacione Jejuniorum.*
XIV. *De ecclesiis & capellis edificandis de nouo.*
XV. *De Parrochiis, & alienis parrochianis.*
XVI. *De decimis.*
XVII. *De Regularibus conuersis, & peginis.*
XVIII. *De Jure patronatus.*
XIX. *De consecracione ecclesie vel altaris.*
XX. *De celebracione Missarum & horis canonicis.*
XXI. *De clericis indigne ministrantibus.*
XXII. *De Sacramentis non iterandis.*
XXIII. *De Baptismo & eius effectu.*
XXIV. *De custodia Eukaristie & Sacramentorum.*
XXV. *De veneratione Sanctorum.*
XXVI. *De emunitate ecclesiarum.*
XXVII. *De Matrimoniis & Sponsalibus.*
XXVIII. *De accusacionibus.*
XXIX. *De calumpniatoribus, & facientibus ac affigentibus cedulas diffamatorias.*
XXX. *De Symoniacis.*
XXXI. *De Hereticis.*
XXXII. *De usuris.*
XXXIII. *De Iniuriis & Repressaliis.*
XXXIV. *De Penitenciis & Remissionibus.*
XXXV. *De Indulgenciis & priuilegiis.*
XXXVI. *De Sentenciis excommunicacionis & interdictis.*

XXXVII.

XXXVII. *De verborum ſignificacione.*
XXXVIII. *De Regulis Juris.*
XXXIX. *De Tranſſcripto & copia Statutorum.*

CONRADVS dei & apoſtolice ſedis gracia Epiſcopus eccleſie Ratisponenſis Venerabilibus in chriſto patribus, Abbatibus, prepoſitis, decanis, Archydyaconis, canonicis, Rectoribus, Vicariis, Plebanis, Viceplebanis, capellanis, Altariſtis, nec non eorum loca tenentibus, ac vniuerſis & ſingulis clericis tam Religioſis quam ſecularibus noſtre dioceſis, cuiusque nominis, ordinis, & condicionis exiſtant, Salutem in Domino & mandatum noſtris ac conſtitucionibus ſynodalibus firmiter obedire.

Cum expediat, vt animarum Medici, qui vaſa dominica frequenter contingunt, & ſanctiſſimum Dni noſtri Jeſu Chriſti Sacramentum proprio ore conficiunt, per quod nos chriſtiani ſumus, qui claues regni celorum retinent, & Subditos ante diem finalis judicii judicabunt, noticiam habeant liberam, & experienciam cauſarum, ne ſi cecus ceco ducatum prebeat, ambo in foueam dilabantur, & indecorum ſit, vt ad aliorum regimen ponantur, qui ſe ipſos non norunt gubernare, cum in ſe ipſis deberent oſtendere, quomodo Subditi in domo domini deberent conuerſari.

Verum cum non nulli clericorum propter paupertatem, alii propter ignoranciam, quidam propter carenciam librorum, ſacerdotibus ad ſciendum neceſſaria inueſtigare non poterunt, ad honorem igitur ſancte & indiuidue Trinitatis Patris & filii & ſpiritus ſancti, & venerabilis eccleſie Ratispo-

nensis sponse nostre de maturo consilio, beneplacito & consensu venerabilium fratrum Prepositi decani, totiusque capituli ecclesie nostre Ratispon. aliquas breues constituciones sub certis Tytulis vobis presencialiter tradimus, & assignamus, publicantes easdem vobis, volentes & in virtute sancte obediencie firmiter precipientes, vt ab omnibus vobis inuiolabiliter obseruentur, & quedam populis necessaria vestris in ecclesiis denuncietis.

I. De Summa Trinitate, & fide Katholica.

Firmiter credimus, & simpliciter confitemur, quod vnus solus est verus Deus, eternus, inmensus, incommutabilis, incomprehensibilis, omnipotens, ineffabilis, pater & filius, & spiritus sanctus, tres quidem persone, sed vna essencia, substancia, natura, & cetera.

Item credimus, & firmiter profitemur nihil aliud in fide Katholica credendum, tenendum, docendum siue dicendum fore, nisi quod Sancta Romana tenet & docet ecclesia, Sanctissima, prouidentissima omnium ecclesiarum mater & magistra.

Insuper statuimus, quod omnes ecclesiarum Rectores, Vicarii & Plebani nostre Diocesis per se vel eorum substitutos diebus dominicis & festiuis subditos suos articulos fidei fideliter instruant, doceant, & informent, ac singulis diebus Dominicis, postquam euangelium legerint, pater noster, & Aue Maria, & credo in deum suis plebibus fideliter & uulgariter exponant.

II.

II. De eleccionibus & confirmacionibus ac animarum curis.

Cum in ſpiritualibus omnis paccio & conuencio omnino ceſſare, ymo nec nominari debeat, ſtatuimus, & irrefragabiliter diffinimus Sacra Synodo approbante, quod omnes confirmaciones prelatorum & prelatarum noſtre Dioceſis ſimpliciter pure & libere deinceps admittantur, dummodo alias elecciones de ipſis facte canonice fuerint celebrate, non obſtantibus conſuetudinibus quibuscumque.

Volumus tamen & ſtatuimus, vt prelati & prelate huiusmodi ſecundum conſtitucionem Clementis quinti, que incipit — Statutum ſuper bonis — in qua conſtitucione cauetur inter cetera, quod emolumenta, que prouenire poſſunt ex Juriſdiccione & Sigillo curie &c. &c. penſionem debitam & decentem nobis & ſucceſſoribus noſtris in antea perſoluant ſecundum taxam Monaſteriorum & eccleſiarum ſuarum, videlicet pro litteris & Sigillis confirmacionum huiusmodi de decem libris vnam libram denariorum.

Notariis vero — —

camerariis & familiaribus — —

& precipimus inuiolabiliter obſeruari & idem in curis animarum & in inſtitucionibus Rectorum volumus obſeruari.

Nullus Religioſus ad abbaciam ſeu prelaturam alterius religionis de cetero eligatur, niſi antea fuerit ordinem regularem expreſſe profeſſus; quod ſi ſecus factum fuerit, eo ipſo irritum habeatur.

Si Religioſus, cuius arbitrium non ex ſua, cum velle & nolle non habeat, ſed ex illius, quem vice dei ſuper caput

ſuum

ſuum poſuit & cuius imperio ſe ſubiecit, voluntate dependet, eleccioni de ſe ad prelacionem aliquam extra ſuum Monaſterium uel ſuam eccleſiam celebrate ſui ſuperioris, qui dare ipſam ualeat, non petita licencia & obtenta preſumpſerit conſentire, conſenſus hic preſtitus non teneat, & in penam preſumpcionis illius eleccio eadem ipſo facto omnino iuribus uacuetur.

III. De Renunciacionibus.

Cum illuſio & variacio in perſonis eccleſiaſticis maxime ſint vitande, ſtatuimus, ut nullus procuratorem ſponte ac libere ad reſignandum conſtitutum, & ipſum ignorantem poſtmodum duxerit reuocandum, antequam ad ipſum, uel illum, in cuius manibus ceſſio foret facienda, noticia reuocacionis huiusmodi ſit deducta, niſi forte per ipſos malicioſe factum fuerit, quo minus ad eos vel eorum alterum potuerit reuocacio perueniſſe.

Item ſtatuimus, & inuiolabiliter obſeruari volumus, quod nullus ſpiritualia pro temporalibus, ſeu ſub Spe temporali reſignet & renunciet quouis modo.

IV. De Vita & honeſtate Clericorum.

Vt Clericorum mores & actus, preſertim in ordinibus ſacris conſtituti in melius reformentur, & ut continenter & caſte viuere ſtudeant uniuerſi, edicto perpetuo prohibemus, ne Clerici comam nutriant, ſed tondeantur, ut pateant eis aures, etiam coronam habeant congruentem. officia uel commercia ſecularia, videlicet officium tabernariorum, carnificum ſeu Macella-

cellariorum & ludos taxillorum non exerceant. Alioquin ſi moniti nominatim & tercio non deſtiterint, ſecundum conſtitucionem Clementis quinti priuilegio clericali, quamdiu premiſſis inſtiterint, ſint priuati eo facto.

Item Clerici tabernas, & loca deſeruientes tabernis prorſus non ingrediantur cauſa bibendi ſeu ludendi, niſi cauſa neceſſitatis, ut in itinere conſtituti, uel niſi faciant cauſa honorandi aliquem dominum uel amicum aut alias honorabilem perſonam, uel ſi non premeditate intrent obliti conſtitucionis huiusmodi, ſeu ſi ex cauſa quacumque neceſſitatis uel utilitatis, non tamen voluptuoſe ibi comederint aut biberint, pena ſtatuti huiusmodi non ligentur.

Item Clerici veſtes longas & honeſtas ſecundum morem patrie deferre ſtudeant, nimia tamen breuitate aut longitudine non notanda, pannis uero uirgatis, uiridibus, aut rubris, aut calceis roſtratis, capuceis nodatis, annulis, & nodis aureis aut argenteis, uel aliis metallis in palliis, capuceis ac manicis nullo modo utantur, niſi hii, quibus ex officio competit dignitatis, ſi penam Sacrorum canonum, & indignacionem Dei omnipotentis voluerint euitare. Alioquin contra ipſos prout de Jure poſſumus, grauius procedemus.

Item ſtatuimus, ut Judicium ſanguinis, aut officium notariorum in cauſis ſanguinum non dictent uel vſurpent, necque conſilium & auxilium dent in premiſſis, excepta cauſſa hereſis. etiam leges & phiſicam (*Medicinam*) non ſtudeant Sacerdotes, & ſpecialiter curati, ſi penam canonum voluerint euitare.

Item

Item ſtatuimus, quod nullus Clericorum iocularibus veſticionibus aliquomodo impendat. ſiquis etiam Clericorum officium ioculatorum aut buffonum per annum ignominioſe exercuerit, ipſo iure: ſi autem tempore breuiori & tercio monitus non reſipuerit, careat priuilegio clericali.

V. De Cohabitacione Clericorum & Mulierum.

Licet in concilio Maguntino ſit deſcriptum, quod nullus Sacerdos feminas, de quibus poteſt eſſe ſuſpicio, ſecum retinere preſumat, Nonnulli tamen dyabolica ſuggeſtione decepti concubinas ſuas etiam cum pueris ſuis in domibus ſecum retinere preſumunt in graue periculum animarum ſuarum & ſcandalum plurimorum, quod heu tantum inoleuit, quod pauci inueniuntur ab huiusmodi vicio immunes, propter quod noſtrum vituperatur miniſterium. Et cum ſcriptum ſit: Nullus audiat Miſſam Sacerdotis, quem ſcit concubinam indubitanter habere. Ad extirpandam igitur huiusmodi corruptelam mandamus omnibus Clericis noſtre dioceſis, ut ſi quas fornicarias habuerint, ſtudioſe curent illas ab habitacionibus eorum amouere infra quindecim dies a publicacione preſencium computando, & eas ulterius minime admittere. Si quis vero, uel ſi qui huiusmodi noſtris mandatis noluerint & contempſerint obedire, illos primo, ſecundo & tercio ex nunc prout ex tunc amonemus diſtricte, ut premiſſa efficaciter adimpleant; alioquin tranſgreſſores ipſos ſtatim ab officio & beneficio ſuspendimus, & ſi ſic ſuspenſi eas detinere preſumſerint, eos excommunicatos faciemus denunciari, & ſi neceſſarium fuerit,

ad

ad penas carceris procedemus, & eos a beneficiis ſuis perpetuo remouebimus. Contra concubinas vero taliter procedemus & ordinabimus, quod, niſi deſtiterint, in perſonis & rebus grauiſſime punientur.

VI. De clericis abſentibus & Vicariis curam animarum regentibus.

Animarum periculis ouiare cupientes ſtatuimus, vt omnes habentes eccleſias, ſeu dignitates, quibus animarum cura noſcitur anexa, uel beneficium, cui ex ſtatuto aut priuilegio reſidencia competit perſonalis, talia habentes beneficia ſtatim poſtquam adepti fuerint, curam a nobis per ſe uel procuratorem ydoneum petant & recipiant, ne per illos anime miſere dampnentur: Alioquin ſi per menſem beneficia tenuerint eadem. & ſe motu proprio intruſerint in eiſdem, arbitrio noſtro & capituli noſtri puniantur. Si uero infra ſex menſes curam a nobis non receperint, & in eisdem beneficiis perſonalem reſidenciam non fecerint, aut legitime docuerint, quare in eisdem beneficiis non debeant reſidere, contra eosdem procedemus, tamquam contra non reſidentes, monicionibus & citacionibus aliis non premiſſis

Item diſtrictiſſime prohibemus, ne aliquis prespiter de aliqua eccleſia noſtre dioceſis & ipſius cura quomodolibet ſe intromittat ſine noſtro, aut Vicarii noſtri aſſenſu ſpeciali: Alioquin ex nunc prout ex tunc ſentenciam excommunicationis ſe nouerit incidiſſe eo facto, & nichilominus contra taliter preſumentes ad penas grauiores procedemus.

Precipimus eciam, quod nullus plura beneficia curata retineat, nisi infra terminum predictum dispensaciones, si quas super hoc habuerit, aut quo iure teneat, nobis indicet & ostendat.

Eciam precipimus sub pena priuacionis officii, ut nullus Vicariam teneat, preter unam, nisi nos caussa necessitatis uel euidentis utilitatis aliud duxerimus ordinandum.

Monemus insuper omnes ecclesiarum Rectores, quocumque nomine nuncupentur nostre diocesis, quatenus infra hinc & festum purificacionis Virginis gloriose proxime nunc venturum, quem terminum eis peremptorium prefigimus, & deputamus, in ecclesiis suis residenciam faciant personalem, & ab illis non recedant nostra licencia non obtenta, nam omnes absencias, gracias & indulgencias de & super premissis per nos, predecessores aut Vicarios nostros quouismodo datas uel concessas ex certa sciencia ex nunc prout ex tunc reuocamus, cassamus, ac nullius volumus esse firmitatis.

Siquis uero, uel si qui eorum ex causis racionabilibus a nobis licenciam absencie impetrauerit, statuimus, vt talis uel tales antequam a suis beneficiis se absentent, nobis personas ydoneas, quas pro Vicariis in eisdem beneficiis instituamus, studeant presentare: Alioquin contra pastores & Vicarios eosdem procedemus iusticia mediante.

VII. De clericis peregrinis & dyscolis.

Quoniam dominice vocis oraculo nobis sola dei paciencia Ratisponen. Kathedre presidentibus iniungitur, ut diligenter

genter vultum ſubditorum noſtrorum agnoſcamus, & de quorum vita, moribus & conuerſacione, nec non aliis circumſtranciis certa noticia non habetur, ſuſtinere in Eccleſiarum regimine non debemus, & de quibus heſitatur, an ab Epiſcopis veris ſedis apoſtolice gratiam habentibus ſine ſaltu promoti fuerint, preſertim cum infames loca ſue conſueuerint fugere uacacionis. Quidam uero in uno decanatu noſtre dioceſis culpis ſuis exigentibus reprobati uel ejecti ſe latenter ad alios decanatus recipiunt, & ſe diuinis ingerunt, qui non ſolum negligunt curam animarum, ſed eciam prauo ipſorum exemplo plebem ſibi commiſſam inficiunt & corrumpunt. Quocirca vobis ſingulis & vniuerſis Archidyaconis, Decanis, Eccleſiarum Rectoribus, Plebanis & Viceplebanis noſtre dioceſis quibuscumque in virtute obediencie & ſub pena excommunicationis diſtricte precipiendo mandamus, vt de cetero talium nullum preſpiterorum in veſtros ſocios & Capellanos recipiatis, niſi ſuper recepcione & approbacione noſtras litteras vobis exhibeat ſpeciales.

VIII. De Cenſibus, prebendis, & Eccleſiis parochialibus.

Paſtores eccleſiarum noſtre dioceſis cenſu antiquo & debito de cetero ſunt (*ſint*) contenti, niſi forte plus vel minus ab aliquibus eccleſiis conſideratis locorum & temporum circumſtanciis exigi valeat, quod noſtro duximus arbitrio reſeruandum, eccleſias tempore inſtitucionis quantum ſoluere debeant, declarare, nec plus recipere preſumat a Sacerdotibus,

quibus easdem ecclesias committere decreuerint seu locare pacto, condicione, arra, propina cione uel alio quocumque colore quesito. Nullus eciam Clericorum alium prespiterum a beneficio aut Vicaria, quam obtinet precio aut propinacione iniqua subplantet.

Contrarium autem facientes in premissis tam dantes quam recipientes excommunicacionis sentenciam volumus incurrere eo facto, & nichilominus ipsos Vicarios a dyocesi Ratispon. esse volumus interdictos, donec post suficientem emendacionem per nos aut Vicarium nostrum sibi conceda ur reditus ad eandem.

Item clericus beneficiatus, qui infamem uel apostatam aut excommunicatum in sua ecclesia scienter locauerint, uel in suam familiam assumpserit, ab ingressu ecclesiae suspendatur.

Abusum & auariciam quarumdam personarum reprobantes, statuimus, quod nemo deinceps parrochiales ecclesias non constitutis in etate legitima sicut pueris, infamibus, uel illegitimis sub pena excommunicacionis conferre, commendare uel eosdem presentare presumat; Alioquin indignacionem dei omnipotentis incurrerit, & nichilominus a nobis uel successoribus nostris grauissime punietur.

IX. De libertate ecclesiastica, & personarum, atque rerum ecclesiasticarum.

Omnes eos, qui manum violentam miserint in Clericos uel in alios viros religiosos vel in sacra loca si adeo grauiter delinquunt, quod necessaria est absolutio Domini Pape, precipi-

cipimus, ut infra duos menſes iter arripiant ad curiam romanam, uel ad Legatum Domini Pape. Quodſi iter non arripuerint, publice excomunicentur, & ſi non euitent loca, in quibus poſtea conuerſantur, eccleſiaſtico ſupponantur interdicto.

Cum in plerisque locis quorumdam Laycorum iniquitas inualuerit, quod in rebus eccleſie furtum reputatur ſagacitas, Rapina probitas & voilencia fortitudo; Synodali judicio diffinimus, ut qui bona eccleſiarum ſcienter detinent occupata, niſi infra tres menſes eadem reſtituerinr, & de dampnis ac injuriis ſatiſfecerint competenter, ex tunc introitum eccleſie ſibi nouerit interdictum, nec a nobis aut aliis eccleſiarum prelatis noſtre dioceſis ad communionem dominici corporis, aut aliquis de eorum familia admittatur. Qui uero obſtinata mente dum vixit ſatiſfacere non curauerit, nullus clericus regularis aut ſecularis ſepulture ipſius intereſſe preſumat.

Quicumque perſonam eccleſiaſticam enormiter vulnerauerit, uel occiderit aut captiuauerit, non niſi per ſedem apoſtolicam abſoluatur, & ipſo facto, ſiquid tenebat ab Eccleſia, illud perdat, & in vtilitatem eccleſie conuertatur.

Statuimus, ut ſinguli in Synodo illi qui clericos capiunt, vulnerant, uel occidunt, aut aliás in ipſos manus immittunt violentas, excommunicati denuncientur, & nominatim illi, de quibus conſtiterit manifeſte.

Statuimus preterea, vt ſi in noſtra dyoceſi aliquem cano nicum Kathedralis eccleſie, uel in dignitate eciam ſacra conſtitutum capi contigerit uel captum detineri, vſque ad liberacionem ipſius & exhibicionem debite ſatisfaccionis, ceſſe-

tur

tur generaliter a diuinis. Similiter eciam in illa parrochia, in qua res violenter ablatas capi uel detineri contigerit, vsque ad satisfaccionem debitam & canonicam a diuinis cessetur.

Item ad aures nostras per clamosam insinuacionem multorum deuenit, quod patroni ecclesiarum tam clerici, quam layci, Vicedomini, aduocati, judices & precones bona decidentium clericorum occupant & vsurpant, volentes sibi ab intestato succedere, quasi sue voluntalis arbitrio non iudicio racionis. Quare prouide duximus statuendum, vt singuli predicti nisi moniti occupata & vsurpata restituerint intra octo dies & de cetero abstineant a talibus, excommunicati publice denuncientur.

Hac consultissima constitucione in posterum valitura sancimus, quod nulla secularis ecclesiasticaue persona quacumque nobilitate aut preeminencie statu presulgeat, ecclesias & ecclesiarum bona, jura, jurisdicciones, homines, vassallos eorum violenter & auctoritate propria publice occupare, aut occupando inuadere, vel scienter vsurpantibus ecclesias & bona predicta prestare presumat quomodolibet per se, uel alium seu alios consilium, auxilium, uel fauorem. Quodsi aliquis contra huiusmodi nostre constitucionis tenorem fecerit vel venire presumpserit, & requisitus infra mensem ecclesie lese aut prelato ipsius dampnum non emendauerit, ipso facto sit anathematis vinculo innodatus, & terra ipsius ecclesiastico subiaceat interdicto, ac Clerus terre offensoris huiusmodi sola denunciacione prelati seu cleri ecclesie lese, seruet inuiolabiliter interdictum. Quodsi celebrare presumpserit, quamdiu offensor huiusmodi

non

non emendauerit quod dilinguens ipſo facto, ſcilicet clerus terre offenſoris a diuinis officiis ſit ſuſpenſus. Simili modo illos, qui poſſeſſiones eccleſiaſticas tytulo pignoris detinent obligatas, a quibus iam receperunt ultra ſortem, niſi reſtituant prelatis eccleſiarum, quarum ſunt, eadem volumus pena mulctari.

Eos qui timore dei poſtpoſito clericos ſeu perſonas eccleſiaſticas occidunt, vulnerant, capiunt, aut proſcribunt, aut captos detinere preſumunt, & ſentenciam, quam incurrerunt latam a canone, non verentur, adieccione huiusmodi pene volumus coherceri, videlicet quod prelati & Rectores eccleſiarum, in quibus captiuantes ipſi degunt, & captiui clerici capiuntur, & captiui tenentur, ipſos captiuantes, & captiuos tenentes, excommunicatos denuncient publice ſingulis diebus dominicis & feſtiuis, niſi poſtqnam requiſiti fuerint, eos infra octo dies dimiſerint libere abſolutos, & in locis ubi capti clerici uel perſone eccleſiaſtice detinentur, tamdiu ceſſent a diuinis. quamdiu in locis ipſis ſic fuerint captiui. Quodſi contra fecerint, tamquam eorumdem maleficiorum participes excommunicatos eſſe volumus ipſo facto, ſaluis aliis, que contra tales ſunt in prouinciis conſtituta.

Cum ſcribtum ſit in concilio lugudenſi, quod decet domum dei ſanctitudo &c. quare ſtatuimus, & ſub pena anathematis diſtricte mandamus, quod de cetero aliquis Clericus vel laycus ſedicionem, conclamacionem, tumultum, aut impetum in eccleſiis non faciat, moueat, aut committat quouiſmodo, ceſſentque in ipſis feda & prepraua colloquia, nec non iudicia, mercaciones, ſocietates, conſilia, cauciones & publica parlamenta.

menta. Ceſſent eciam in ipſis eccleſiis & earum cimiteriis negociaciones, & precipue nundinarum ac fori, cuiuscumque ſecularium iudiciorum ſtrepitus & tumultus, ne ubi peccatorum eſt venia poſtulanda, ibi peccandi detur occaſio. Alioquin contra eos, quantum de iure poſſumus, grauius procedemus.

Item excommunicamus omnes & ſingulos, qui impediunt cauſas, que ad forum eccleſiaſticum ab antiquo de iure, priuilegio, uel conſuedudine pertinere noſcuntur, trahentes eaſdem ad aliena iudicia, uel aliter impedientes, quo minus iuſticia eccleſiaſtica execucionem ſui gladii proſequatur, cum non deceat iuſticiam noſtram & eccleſie noſtre negligere, qui alios in ſua iuſticia parati ſumus confouere.

X. De Rebus eccleſiarum non alienandis.

Prohibemus inſuper, ut nullus propter debitum aut fideiuſſoniarum obligacionem ſingularis perſone alicuius eccleſie eccleſiaſtica bona capiat, que ad eccleſiam uel capitulum ipſius eccleſie conuincenter pertinent, & qui contra fecerint, niſi moniti infra quindenam a die monicionis numerandam reſtituerint, eccleſie uel capitulo, ad quos pertinent, ipſos excommunicacioni ſubiacere volumus ipſo facto.

Nullus de cetero, qui cum aduocatis eccleſiarum Guuerras habebit uel inuaſerit bona eccleſiarum, quibus aduocati defenſores exiſtunt pretextu guuerre quam habebit cum eis, ſurripiat aut eccleſias ipſas vel illas earum & loca incendio, uel hoſtilitate deuaſtet, aut homines earum ſpoliet bonis earum,

&

& qui contra fecerint, ipſo facto excommunicacionem incurrant, nec abſolui valeant, niſi quod deliquerunt, ſufficienter emendent.

Diſtriccius inhibemus, ne Abbas uel Abbatiſſa, prepoſitus, decanus, plebanus, uel quicumque clericus obliget uel quocumque alienacionis tytulo ab eccleſia transferat uel commutet dotes eccleſiarum, poſſeſſiones, decimas uel quascumque res alias eccleſiarum vel vſufructum, uel in emphiteoſim dent, uel prębendas vendant laycis, quod vulgariter dicitur *leipding* *, niſi ex certa ſcientia noſtra & licencia hoc faciant iuxta formam in canonibus comprehenſam. Si uero Abbas, prepoſitus, decanus, plebanus & quicumque clericus contractum huiusmodi fecerit, a ſua dignitate uel beneficio ſit depoſitus ipſo facto, & contractus cum eiſdem initus ſine noſtra licencia non obtineat alicuius roboris firmitatem.

Statuimus, ut nullus patronus, clericus, uel laycus, dotem eccleſie, in qua ius obtinet patronatus, alienare preſumat. Quodſi contra (*fecerit*) eo ipſo cadat a iure patronatus, & res alienata ad ius & proprietatem eccleſie reuertatur.

Ementes bona feodalia, que ad eccleſias uel perſonas eccleſiaſticas eccleſiarum nomine de iure directi dominii pertinent, ac vendentes, cum ea ſine conſenſu eccleſiarum & perſonarum huiusmodi alienare nequeant, eccleſiarum indempnitatibus prouidendo tali volumus pena mulctari, ut ementes & alienantes layci, uel clerici, ſiue ſint religioſi, ſiue clerici ſeculares, qui ſine conſenſu eorum, qui ſuper hoc requirendi ſunt, huiusmodi feodalia emerint uel alienauerint, ipſo

* *Leib - geding*. vid. HALTAUS gloſſarium german. medii aeui *pag.* 1240.

facto excommunicacioni fubiaceant, & bona ipfis ecclefiis, ad quas directum dominium pertinet, applicentur.

Edicto perpetuo prohibemus, ac inuiolabiliter obferuari volumus, quod nullus clericorum, Rectorum uel Vicariorum noftre dyocefis cuiufcumque gradus feu dignitatis exiftat, calices, libros, ornamenta, & alia vtenfilia quecumque ad cultum diuinum fpectancia & illorum, quorum intereft, non obtenta. Alioquin tales iure fe nouerint excommunicacionis fentenciam incuriffe.

Item ftatuimus, quod nullus procurator feu yconomus ecclefie parrochialis aut filialis, qui vulgariter *Zechmaifter* dicitur, cum bonis ecclefiarum fub nomine fanctorum & patroni illius ecclefie, cuius procurator exiftit, ufuras, mercaturas illicitas & contractus ficticios vlterius exercere prefumat, Alioquin ex tunc prout ex nunc talem feu tales a percepcione corporis dominici fufpendimus ipfo iure.

Peruenit eciam ad nos, quod quidam cuftodes ecclefie, qui vulgariter *Zechmaifter* dicuntur, redditus, qui ecclefiis & luminaribus pertinent, & que ad hoc a fidelibus conferuntur, ad fuos conuertunt vfus, quibus fub pena excommunicacionis late fentencie precipimus, ut de omnibus & fingulis perceptis huiusmodi, uel que percipere potuerunt, fingulis annis coram plebano loci & duobus uel tribus melioribus de plebe faciant racionem, percepta uero ab eis indebite, indilate reftituant: Alioquin per plebanos fuos ad folucionem predictorum per Sacramentorum fubtraccionem compellantur.

XI.

XI. De Teſtamentis.

Cum nihil ſit, quod magis hominibus debeatur, quam ut ſupreme voluntatis liber ſtilus exiſtat, ſpecialiter in illis perſonis, que habent voluntatem non ligatam; Quare ſtatuimus, vt nullus clericorum curam ſeu adminiſtracionem habens in preiudicium eccleſie ſponſe ſue teſtari uel legare valeat noſtra uel ſucceſſorum noſtrorum licencia non obtenta, ſed omnia bona remaneant eccleſie ſponſe ſue, que intuitu eccleſie acquiſiuit, quorum diſpoſicionem nobis & ſucceſſoribus noſtris ſpecialiter reſeruamus. Tamen familiaribus illius defuncti clerici aliqua gracia ſecundum ſtatum perſonarum & ſeruiciorum eſt facienda. Acquiſita uero ex intuitu perſone, ut ex artificio honeſto aut doctoratu, uel aliis modis honeſtis & licitis non inhibemus racionabiliter teſtari uel legare. de aliis uero bonis de anno congrue competentibus, que pro remedio debitorum & ſalute animarum ſunt inuenta. prohibemus concubinis, ſpuriis, uel aliis perſonis illegitimis teſtari. quodſi fecerint, Legata non teneant. Modicam tamen donacionem cauſa pietatis in articulo mortis factam non reprobamus.

Statuimus, & a cunctis precipimus inuiolabiliter obſeruari, vt fideles ad exequendas vltimas decedencium voluntates electi, antequam de rebus ſeu bonis defuncti ſe aliquo modo intromittunt, Inuentarium faciant de omnibus rebus per eos perceptis ſub fide dignorum teſtium, ac infra annum cuncta diſponant ſecundum placita & teſtata defunctorum. Alioquin ex nunc prout ex tunc tales vltimarum Voluntatum executores a percepcione corporis Chriſti ſuſpendimus, & ſuſpenſos

eſſe volumus, donec ad arbitrium noſtrum penitenciam egerint ſalutarem.

XII. De Sepulturis.

Cum ſacris canonibus ſit conſonum, vbi quis viuus eccleſiaſtica recepit Sacramenta, ibi eciam mortuus requieſcat, omnibus Xri fidelibus deinceps, qui ſepulti fuerint in eccleſia noſtra Kathedrali, vel in ſuis eccleſiis parochialibus, de omnipotentis dei miſericordia & beatorum Petri & Pauli apoſtolorum noſtrique patroni meritis confiſi in releuamen ſuorum peccaminum quadraginta dies indulgenciarum de iniunctis ſibi penitenciis miſericorditer in domino relaxamus. Volumus tamen & firmiter obſeruari precipimus, mandamus, & rogamus, vt omnes clerici noſtre dioceſis Ratiſponen. cuiuscumque ſtatus & religionis fuerint, infra octo dies cauſa legitima ceſſante, poſtquam de morte noſtra ipſis conſtiterit, Miſſam pro nobis & omnibus fidelibus defunctis per ſe aut per alios celebrent, ſeu celebrari curent, impedimento quouis procul moto.

Item ſtatuimus, quod nullus alienum parochianum in ſua eccleſia ſepelire preſumat, niſi ſepulturam elegerit aput loca religioſa ſub teſtimonio perſonarum fide dignarum; Alioquin tales tamquam inuaſores rerum alienarum canonice puniemus.

Malas voluntates hominum, quamuis nequeamus ex toto cohibere, tamen ex officii noſtri debito maliciis hominum quantum occurrere eſt poſſibile cupientes ne ſilencio noceamus, conſtitucione preſenti duximus prouidendum, vt nullus vſu-

vſurarios manifeſtos, niſi facta plena reſtitucione vel caucione ſufficienti de reſtituenda peccunia fenebri, quorum nec quiſquam recipiat oblaciones ſub pena ſuſpenſionis ab officio, ſuſpenſos patibulo, decollatos, vel alias qualitercumque morti traditos, in tormentis, ludis, vel publicis ſpectaculis, vel alias occiſos, vel ſubito decedentes, qui non eodem anno confeſſi fuerint, vel receperint eukariſtie Sacramentum, niſi de conſilio ſacerdotis ſui confeſſoris duxerit abſtinendum, tradere preſumat eccleſiaſtice ſepulture, niſi licencia noſtra ſuper hoc petita diligencius & obtenta.

Abolende conſuetudinis peruerſitas in quibusdam eccleſiis inoleuit, vt decedentes & morientes non permittantur perfodi, niſi prius pro terra, in qua ſepeliendi ſunt, certum eccleſie precium perſoluatur; Quare firmiter precipimus, & inuiolabiliter obſeruari volumus vt pro talibus nichil exigatur, vel ex pacto recipiatur: laudabiles tamen conſuetudines a Chriſti fidelibus introductas volumus in premiſſis obſeruari.

XIII. De Obſeruacione Jeiuniorum. *)

Ad hec ſtatuimus, vt ſtatuta ieiunia, videlicet quadrageſimale tempus, quatuor temporum, & vigilias apoſtolorum

* *Nota.* Videtur heic agi de Jeiuniis *proprie* dictis, hoc eſt, unica refectione & abſtinentia a carnibus, utpote cum ſermo ſit de Quadradrageſimali, quatuor temporum & Vigiliarum. An autem *feriis ſextis* per annum eo tempore affixum fuerat Jejunium *proprie* dictum, quo hodie non obligamur? An Sabbato non erat precepta a carnibus abſtinentia? Quonam Eccleſiæ canone, vel R. Pontificis decreto interdictus eſt carnium eſus iſtis diebus? In cathechiſmis noſtris vulgaribus inter Eccleſiæ *Praecepta* quarto loco numeratur abſtinentia

rum consuetas, nec non omnia alia ieiunia, que per nos & nostros predecessores racionabiliter sunt instituta, excepta causa necessitatis ab adultis inuiolabiliter obseruentur. Prauam tamen quorumdam hominum consuetudinem reprobamus, qui feriam sextam a sanctis patribus deuocius introductam & diucius obseruatam violant ex eo maxime, quia credunt, quod sabbato vel quarta feria vel die alia ieiunantes se posse plus promereri, hoc decreto fieri huius nostre constitucionis synodo prohibemus.

XIV. De Ecclesiis & Capellis de nouo edificandis.

Inhibemus eciam, ne religiosi vel alii clerici & Layci, cuiuscumque gradus aut dignitatis existant, nostre diocesis Ecclesias, Oratoria, Capellas de nouo fundare, vel fundatas transferre presumat sine nostra & successorum nostrorum licencia speciali, & nisi eidem altari seu altaribus in proprietatibus tantum assignetur, vt saltem luminaria & alia necessaria vltra victum ministri vel ministrorum habeant competenter, & fiant cum voluntate & licencia nostra & successorum nostrorum speciali

---

tia a carnibus diebus Veneris & Sabbati. Istud autem statutum meminit solum *feriæ sextæ*, & non nisi ad exemplum patrum, & diuturnam observantiam, sine mentione *præcepti*, provocat. Cum insuper dicat, quosdam loco *feriæ sextæ*, sabbato, vel quarta feria, jejunare, hoc est, carnibus non vesci; an igitur eo tempore Sabbatum in ista diocesi liberum fuerat, nec legi abstinentiæ subjectum?

Paulo ante hanc synodum in Bojariam venerunt RR. PP. Carmelitæ, qui cum introducto sui ordinis scapulari forte etiam jejunium quartæ feriæ, illis usitatum, *quibusdam* persuaserunt. Verum hæc ab instituto nostro aliena sunt. Viderint Theologi, & juris ecclesiastici tractatores.

ciali. Aliter fundata eccleſia vel altare diruatur, & fundator ad arbitrium noſtrum canonice puniatur.

Item multi ſecularium hominum ſub pretextu elemoſine illicite acquiſite, vbi verum dominium non tranſfertur, ſicuti de Vſura vel Rapina, eccleſias aut altaria de nouo edificant atque dotant, ponentes certe pecunie quantitatem ad Vſuras, de quibus miniſtris altarium victum & amictum amminiſtrant, credentes, deum huiuſmodi placare muneribus, quibus ipſum magis ad iracundiam prouocabunt, teſtante Salomone, qui ait, *qui offert ſacrificium de ſubſtancia pauperis, ac ſi victimet filium in conſpectu patris.* & rurſus ſcriptum eſt: *Honora dominum de tuis juſtis laboribus.* Quapropter huic malo peſtifero ſecundum conſtituciones ſanctorum patrum occurrere cupientes ſtatuimus, & ſub anathematis pena diſtricte precipiendo mandamus, vt nullus clericorum aut Laycorum noſtre dioceſis Monaſteria, Eccleſias, Capellas, aut altaria taliter fundare aut dotare fundatas de cetero preſumat; Si indignacionem omnipotentis dei & eternam dampnacionem voluerit euitare. De iam vero taliter fundatis & dotatis altaribus nobis, ſucceſſoribus & fratribus noſtris Canonicis moderacionem & ordinacionem reſeruamus. Inſuper omnes & ſingulos, qui auſu temerario de dedicatis Eccleſiis, Monaſteriis, ſeu capellis faciunt caſtra, municiones, ſeu ſpeluncas latrotronum, vel qui perfodunt cimiteria, oſſibus mortuorum eiectis, ac eciam opem vel operam dantes ad premiſſa, decernimus ſentencie excommunicacionis ſubiacere, cum ſcriptum ſit, quod ſemel deo dicatum eſt, ad humanos vſus tranſferri non debet.

XV.

XV. De Parrochiis, & alienis parrochianis.

Grauis & clamosa querela nostris auribus inculcatur, quod non nulli clericorum suis iuribus non contenti, parrochianos alienos ad confessiones, officia diuina, ac sepulturam in periculum animarum suarum alliciunt, inuitant, & admittere temere presumunt contra canonicas fancciones, cum non liceat alicui mittere falcem in messem alterius, cum neque absoluendi vel ligandi habeant potestatem, excepto necessitatis articulo, qui legem non habet, & sic per tales anime miserabiliter seducuntur: Nos igitur sanctorum patrum vestigiis inherere volentes, qui ecclesie sancte dei & personis ecclesiasticis terminos, quos non licet transgredi, posuerunt, mandamus, quod singulis diebus festiuis publice proclametur per sacerdotem, vt exeant alieni parrochiani, nisi aliqui propter funus familiare, nuptias solempnes, aut dedicaciones ecclesiarum, seu aliquam aliam euidentem necessitatem ibi venissent, eciam de cetero nullum alienum parrochianum ad confessionem & sepulturam recipiat quouismodo: Alioquin per septem dies immediate sequentes nouerit se ab ingressu ecclesie suspensum ipso iure.

XVI. De decimis qualiter solui debeant.

Reuera sancti patres in suis tradiderunt scripturis, de vino, grano, fructibus arborum, pecoribus, ouis, negociacione, de ipsa malicia, de venacione, de omnibus bonis decime sunt ministris tribuende, ita vt qui de hiis eas soluere neglexerint, ecclesiastica debeant districcione percelli. Volumus

sumus igitur & districte precipimus, quatenus antequam de bonis predictis expensis deductis decimas ecclesiis, ad quas pertinent, cnm integritate debita persoluant. Item cum Leuitis seu eciam sacris personis iure diuino decime debeantur, dolentes referimus, quod quorumdam Laycorum cupiditas huiusmodi ius, quod deus sibi in signum generalis dominii retinuit, nititur abolere, & de sua voluntate de hiis, que ad ipsos non pertinent, aliter ordinare, ymo pocius deordinare presumunt, quasi a sese diuini seruicii iugum velint excutere, quod in baptismate sunt professi. Huius igitur approbacione concilii districte precipimus, vt iuxta laudabilem consuetudinem patrie decime tam antique quam de noualibus maiores & minute plenarie persoluantur, nec licet alicui Layco nobili, cuiuscumque dignitatis vel principatus existat sibi decimas & maxime de minutis & nouatibus vsurpare, alioquin si contra fecerit, ab ingressu ecclesie vsque ad satisfaccionem condignam se nouerit esse suspensum.

Statuimus, vt Judei sacerdoti parrochiali, infra cuius terminos manserint, pro eo, quod loca, in quibus christiani habitare deberent, occupant, iuxta quantitatem dampni, quod ei ex hoc inferunt, ad arbitrium diocesani loci omnes prouentus, quos a christianis, si ibidem manerent, sacerdos perciperet, refundere compellantur, decimas eciam prediales cum omni integritate persoluant.

Item statuimus, & sub pena suspensionis precipimus firmiter & districte, vt decani, plebani, & prouisores ecclesiarum inquirant diligenter homines censuales ecclesiarum nostrarum precipientes districcius sub pena excommunicacionis

 suis

ſuis ſubditis, vt ſe prodant ſeu manifeſtent ſaltem occulte, ſi non audeant manifeſte, & de hac cauſſa in confeſſione diligentem faciant inquiſicionem, & nobis dent in ſcriptis nomina inuentorum cenſualium, vel prelatis eccleſiarum, ad quas pertinent huiuſmodi cenſuales.

Item ſtatuimus, quod nullus, qui decimas noualium vel alia bona Ratisponenſis eccleſie, & aliarum eccleſiarum ſibi ſubditarum, que ſunt abſoluta, vel obligata pignori, vel homines proprios aut cenſuales ipſius in proprietatem vel in feodum ſibi vendicare preſumant iniuſte & huiuſmodi hominibus propriis ſeu cenſualibus, qui ſe ſubtrahere nituntur eccleſie predicte dominio, queſito colore, non concedantur eccleſiaſtica ſacramenta, ſed ſingulis diebus dominicis & feſtiuis excommunicati denuncientur in ambone, ne per temeritatem tam improbam eterne dampnacionis ſub noſtra diſſimulacione dictos iniuriatores laqueus inuoluat & apprehendat.

Auaricie cecitas quorumdam ſacerdotum oculos in tantum excecauit, quod ſepius & frequenter debitores decimarum, noualium & cenſuum eccleſiarum, quod dolentes referimus, in confeſſionibus & extra inducunt, vt ſibi decimas & cenſus huiuſmodi tradant & aſſignent, falſe promittentes reſtitucionem & porreccionem earumdem. cum igitur occaſio peccandi omnibus ſit auferenda, ſtatuimus, vt nullus ſacerdotum talia & ſimilia de cetero facere aut vſurpare preſumat: alioquin ſe nouerit ſuſpenſum a diuinis eo facto.

XVII. De

XVII. De Regularibus conuerſis & Peginis.

Edicto perpetuo ſtatuimus, vt uullus Monachus ſeu Monacha in abbatem vel abbatiſſam, niſi dudum profeſſus vel profeſſa fuerit, aſſumatur: Et ſi qui iam, quod abſit, taliter ſunt aſſumpti, a ſuis remoueantur officiis, & alii ſubſtituantur eisdem.

Item ſtatuimus, quod quilibet prelatus ſeu prelata cuiuſcumque gradus, ordinis aut dignitatis exiſtant, omnia beneficia ad ipſum ſeu ipſam communiter vel diuiſim ſpectancia ſimpliciter & pure ſine omni diminucione, modo & paccione conferat, nihil ſibi vel eccleſiis ſuis exinde reſeruando, niſi quantum ab antiqua conſuetudine vel priuilegio ſibi & eccleſie ſue racionabiliter noſcitur pertinere. Alioquin penam ſuſpenſionis a diuinis & eccleſie ab ingreſſu nouerint ſe ipſo facto incidiſſe.

Cecitas & abuſus quorumdam Monaſteriorum & eccleſiarum taliter inoleuit, quod prelati negligentes, deſides, prodigi, dilapidatores & nimium liberales, melioris condicionis ſunt, quam viri iuſti, prouide & occulati. Nam cum mammona iniquitatis prouidere, & cum ſuis ſubditis ſepius ordinare conſueuerunt taliter, vt dimiſſis ptelaturis ſuis vnam vel duas prebendas, aut valorem ipſarum ſibi temere vſurpare preſumunt contra regulam Beati Benedicti, & conſtituciones ſanctorum patrum prelaturis ſuis ſub certis modis & pactis ſymoniaci & proprietarii efficiuntur, & heu ad baratrum dilabuntur. Quare ſtatuimus, & firmiter obſeruari volumus, vt nullus prelatorum noſtre diocesis cuiuſcumque dignitatis, or-

dinis, aut condicionis exiſtat, talia de cetero nobis inconſultis facere preſumat. Alioquin facientes & conſencientes ipſo facto ſe nouerint ſentenciam excommunicacionis incidiſſe.

Monachi mortui mundo, viuentes deo, velut piſcis in aqua, ſemper debet in Monaſteriis remanere, nec ſe debent ſecularium cetibus immiſcere. Quidam autem ſtulti, quibus ſua condicio diſplicere videtur, habitu reiecto vagantur in ſeculo, quidam eciam exquiſito colore clauſtrum effugiendi, quod ficte conuerſis carcer eſſe videtur, vel reputatur, ad alia ſe monaſteria deſtinari procurant, vt obſeruancias effugiant ſeculares. (Salutares)

Nonnulli eciam prelati, quod deterius eſt, vagabundos Monachos recolligere pretermittunt, quorum deteſtande conſuetudini deſiderantes reſiſtere, preſenti ſtatuto declaramus, quod abbas, prepoſitus regularis vel monachus habitum deponens monachalem, excommunicacionis ſentenciam incurrat. Abbas vero vel prepoſitus, dum vagabundum monachum dum poteſt non recolligit & ad ouile reducere negligit vel pretermittit, virtute ſancte conſuetudinis ab amminiſtracione ſpiritualium ſuſpendatur.

Illam eciam prauam abbatum conſuetudinem reprobamus, qua abbates pro leuibus exceſſibus, & non numquam ſimulatis offenſis paſſim & differenter de monaſteriis ad monaſteria monachos mittunt, cum delictum pocius illic puniri & mori debeant, vbi committitur, & patratur, cum nec tales miſſi ad alia monaſteria peccata ſua lugeant, ſed vagantur pocius diſſolute; timemus enim vehementer experiencia do-

cti.

cti, vt per tales miſſiones fiant, qui nequam fuerint, nequiores. Si vero neceſſitas exigit, vt Monachus ad aliud monaſterium tranſmittatur, hoc abbati nullo modo liceat, niſi cauſa miſſionis & tempus reditus per nos aut noſtros ordinetur ſucceſſores.

Nullus deinceps prelatus, nullus plebanus, nullus alius, cuiuſcumque ordinis aus religionis exiſtat, maſculum aut feminam tonſurare, aut veſtes induere, aut benedicere preſumat, niſi certam & approbatam profiteantur regulam, & ſe deſtinet certo loco. Eos vero vel eas, qui vel que contra fecerint, a locorum Rectoribes & plebanis per cenſuram eccleſiaſticam, monicione premiſſa, compelli precipimus, vt, aut certe religioni ſe conferant, aut religionis veſtem, que vagandi eis preſtat materiam & opportunitatem accommodat delinquendi, abiiciant, ne irregularen vitam veſtis religioſa obumbret.

Nulli religioſo liceat extra ſuam profeſſionem vel ordinem ſibi confeſſorem eligere, niſi de prelati ſui licencia ſpeciali.

Nonnulli conuerſi nec non conuerſe motibns propriis innitentes ab omni conuerſacione communi ſe ſubtrahere moliuntur, & inter cetera ſacerdotibus iura parrochialia velut acephali non exhibere, nec volunt parrochiam ſtatutis horis & temporibus frequentare, quibusdam eciam ſingularibus ſeu ſpecialibus obſeruanciis ambulare ſatagunt in tenebris non in luce. Quorum veſanie cupientes occurrere, ſtatuimus & ordinamus, vt omnes preſpiteri, qui preſunt parrochiis, plenam & liberam habeant poteſtatem ipſos & ipſas per cenſuram

ram ecclesiasticam cohercendi, quod diebus dominicis & festiuis ad parrochiales ecclesias conueniant ad diuinum officium audiendum, & ad exhibendas eis oblaciones & alia iura parrochialia tam debita quam consueta. Sed cum grex dominicus, quem Christus pretioso sanguine, corruptibilibus non acquisiuit, sit omni diligencia gubernandus, sanccimus, vt sacerdotes, qui plebibus presunt, singulis annis semel, assumptis sibi duobus conuersis & duabus peginis * honestioribus, super quo conscienciās ipsorum tamquam nobiscum in partem sollicitudinis vocatorum sub obtestacionis fiducia plenius oneramus, vt tam super vita quam conuersacione conuersorum & peginarum sibi subditorum inquisicionem habeant diligentem, sicut in examinacione districti iudicii super eis reddere voluerint racionem.

* De *Beguinis* vid. *Thassinus* de *vet & nov. Eccl. disciplina P. I. Lib. III. cap.* 63. §. *XI.* & *Böhmer Jus ecclesiasticum Lib. III. Tit. XXXI.* §. XLV. seq.

XVIII. De Jure patronatus.

Ad extirpandam illam detestabilem corruptelam quorumdam ecclesiarum patronorum, qui Rectoribus earum defunctis spoliant dotem & ecclesiam omnibus rebus mobilibus in salutis proprie dispendium & scandalum plurimorum, statuimus, vt talis patronus, clericus siue laycus, qui hoc facere presumpserit, sit de iure presentandi ea vice suspensus, & superior ecclesiam ea vice conferat, omni excepcione procul mota.

Quam-

Quamuis patroni ſint eccleſiis ad preſidem (*preſidium*) deputati, ſed tamen in hoc tendit ad noxam & oppreſſionem, quod ad defenſionem noſcitur inſtitutum.

Nam advocati pariter & patroni bona, que ſunt eccleſiaſticis vſibus deputata, dirripiunt, & perſonas eccleſiaſticas multipliciter inquietant, & vnde ſperant auxilium, ſenciunt detrimentum. Cui peſti cupientes mederi, conſtitucione, preſenti ſanccimus, vt tam aduocati quam patroni, cuiuſcumcumque preeminencie ſeu ſtatus fuerint, ſtatutis & antiquis juribus, ipſis vel eorum progenitoribus in inſtitucione prima, vel cum ipſas aduocatias a principio ſuſceperunt, deputatis penitus ſtent contenti. pro poſſe quoque ſtatum, honorem, & res eccleſiarum fideliter manuteneant & defendant; ſi vero patronus vnus plures reliquerit filios aut heredes, omnes iſti, qui ſuccedunt in ſtirpem & in locum defuncti, nichil plus exigant, extorqueant, vel recipiant, quam ei debebatur, in cuius loco & ius ſucceſſerunt, & nichilominus in ſolidum, ſicut defunctus, eccleſiam defendere teneantur. Si quis autem extorſione ſeu recepcione iuris aduocaticii exceſſerit, ſicut raptor ſeu ſpoliator eccleſie puniatur.

Item ſtatuimus, quo patroni diligenter attendant ne indignum Superiori preſentent, videlicet incorrigibilem, infamem, illiteratum, prauum, corpore viciatum, illegitimum aut alias perſonas a iure reprobatas. Alioqui nouerint ſe a iure preſentandi ea vice dumtaxat excidiſſe.

XIX. De

XIX. De confecracione Ecclefie vel altaris.

Vt in bafilicis non confecratis aut in ecclefiis fanguinis vel feminis efufione pollutis, homicidio, ignibus, confraccionibus, vel rapturis enormibus execratis nullus clericorum noftra licencia non obtenta celebrare prefumat, fub anathematis pena prohibemus, & eadem pena prohibemus, ne in campis, tentores (*tentoriis*) vel cimiteriis aut altaribus viaticis fine noftra & fucceffforum noftrorum licencia fpeciali miffarum folempnia celebrentur.

XX. De celebracione miffarum & horis canonicis.

Laudabilem confuetudinem fanctorum patrum ac predecefforum noftrorum approbare volentes, vt mater mifericordie & mediatrix generis humani gloriofius honorificetur, ftatuimus, vt impedimentis legitimis ceffantibus horas eiufdem beate Virginis quilibet facerdotum noftre diocefis qualibet die ftudeat adimplere, fi interceffionibus intemerate Virginis gloriofe confolari & adiuuari defiderat, ac remuneracionem diuinam voluerit perpetuo reportare. Item ftatuimus, vt nullus clericorum fine caufa racionabili miffam de die confuetam propter miffas peculiares fiue fpeciales omittat.

Item diftriccius fub anathematis pena prohibemus, quod nullus binam celebracionem vna die faciat, nifi in cafibus a iure expreffis. *primo* fi aliquod funus eft prefens, tunc vnam dicat de die, & aliam pro defunctis. *Secundo* propter neceffitatem peregrinorum. *Tercio* quando hoftiam non habet confecratam, & aliquis infirmorum vult communicare *Quarto*

to propter ſolempnes nuptias. *Quinto* propter paupertatem eccleſiarum ſcilicet quando due eccleſie parrochiales commendantur vni ſacerdoti. in quibus caſibus permittitur ipſis ſacerdotibus celebrare duas miſſas, in prima tamen miſſa nullam recipiant ablucionem. In ſecunda vero poteſt & debet. Trinam vero celebracionem vna die in eadem vel in diuerſis eccleſiis, die natalis domini dumtaxat excepta, ſub pena predicta firmiter inhibemus.

XXI. De Clericis indigne miniſtrantibus.

Statuimus & firmiter obſeruari volumus, quod nullus clericorum miſſas celebrare preſumat, niſi Matutinum, Primam, & Terciam cum Reuerencia dixerit & perfecerit reuerenter.

Item nullus celebret non premiſſa digeſtione. Item ſunt nonnulli fingentes ſe conficere corpus Chriſti hoſtiam non conſecratam eleuare preſumunt, facientes populum ydolatriſare. Aliqui vero debitam prolacionem verborum ac debita interſticia non ſeruant; nonnulli eciam pranſi. Aliqui vero canes & aues venaticos & conſimiles ad altare ducentes minus digne celebrant. Nonnulli eciam cauſa vena ionis ſeu voluptatis, antequam lucifer oriatur, noctis tempore excepta vigilia natiuitatis domini, ſimiliter celebrare preſumunt. quare hec & ſimilia firmiter ſub pena excommunicacionis prohibemus, ne de cetero talia fiant. Alioquin talia preſumentes animaduerſione condigna puniemus.

Inſuper ſtatuimus, quod ſi quis clericorum excommunicatus vel ſuſpenſus celebrauerit, aut celebrare vel alias ſe diui-

 nis

nis ingerere presumpserit, semel aut pluries in officio suo, cum tales sint irregulares, precipimus, vt infra spacium duorum mensium iter arripiant ad romanam curiam pro habilitacione & dispensacione obtinenda. Alioquin rebelles nouerint se ex nunc prout ex tunc nostra diocesi exclusos, & si illos vltra in diocesi nostra reperierimus, incarcerabimus eosdem, prout iuris ordo postulat & requirit. & idem volumus de clericis per saltum promotis & de non promotis ministrantibus obseruari.

Quidam non legitime geniti paterni sceleris imitatores, nonnulli vero membris carentes vel sensibus orbati, vel alias corpore viciati, quidam eciam irregularitatibus irretiti nec non officii carentes execucione se misteriis ingerunt sacrorum ordinum in sue salutis dispendium & scandalum plurimorum. Ad reformacionem igitur ecclesiastici status & decoris domus domini, quod nequeuntes conniuentibus oculis preterire, decernimus statuentes, quod quicumque talium per decanos in diocesi nostra recepti fuerint, quocumque modo nobis sine mora qualibet transmittantur pro suis excessibus corrigendi, vel si decreuerimus apostolice sedi super obtinendo dispensacionis beneficio destinandi. Quodsi forte rubore perfusi se nostris conspectibus infra mensem distulerint presentare, loci decanus ipsos per suspensionem tam ab officio quam a beneficio punire seu cohercere nullatenus pretermittat, & si decanus quilibet in hoc faciendo negligens fuerit, ipse penam sustineat pro eisdem.

Item omnis, qui contra interdictum celebrauerit, vel in quorum ecclesiis de ipsorum consciencia & assensu est celebratum contra interdictum, aut aliter interdictum violatum, suspen-

ſpenſum ab officiis & beneficiis mittimus ad Papam, precipientes, vt iter arripiant infra tres menſes: alioquin eos grauius puniemus.

Diſtriccius inhibemus, ne aliquis clericus a layco patrono, recipere beneficium audeat, niſi ab Epiſcopo vel Archidyacono fuerit inſtitutus; Alioquin ab officio ſeu beneficio ſit ſuſpenſus & ab omni iure, quod exinde ſibi compeciit, cadat ipſo facto, & laycus qui auctoritate propria inſtituit, ipſo iure perdat ius patronatus.

XXII. De Sacramentis non iterandis.

Ne iniuria fiat Sacramentis, quibus maxima reuerencia a Katholicis viris debetur, ſtatuimus, quod nullus clericorum puerum prius baptiſatum & confirmatum de nouo baptiſare preſumat, ſeu confirmari procuret, niſi in dubio & ſub certa forma, ſi non es baptiſatus, te baptiſo in nomine patris & filii & Spiritus ſancti. Et idem fiat de confirmacione, niſi forte manifeſte conſtiterit, quod puer ab hereticis vel a laycis fuerit baptiſatus predicta verborum forma non ſeruata.

XXIII. De Baptiſmo & eius effectu.

Baptiſmus cum ſumma reuerencia & deuocione celebretur in materia & forma. In materia ſcilicet aqua elementari. In forma vero ſub hiis verbis: Ego baptiſo te in nomine patris & filii & ſpiritus ſancti. doceant eciam ſacerdotes, tam mares quam feminas in neceſſitate poſſe paruulos ſuos baptiſare eadem forma in ſuo ydiomate, & quod patres & matres

proprios infantes, ſi ſumma neceſſitas exigat, poterint baptiſare, & eciam de ſacro fonte leuare, ſuper quibus conſcienciam Sacerdotum oneramus. eciam diligenter inquirant, vtrum debita forma & materia ſit obſeruata, tunc quod legitime factum eſt, approbent, ſupplentes circa baptiſatum quoad vnctionem olei in pectore & in ſcapulis, & chriſmatis in vertice, quod a laycis eſt omiſſum. Si autem in baptiſmate debitam formam non inuenerint obſeruatam, non differant puerum huiuſmodi baptiſare.

Item prohibemus edicto perpetuo, ne aliquis clericorum de cetero in aulis, cameris, aliisque priuatis domibus infantes audeat baptiſare, ſed in eccleſiis, in quibus ad hoc ſunt fontes ſpecialiter deputati, niſi Regum vel Principum pueros, aut niſi alia neceſſitas emerſerit, propter quam ne nequeant ad eccleſiam absque periculo peruenire. Qui autem ſecus preſumpſerit, per nos aut noſtros ſucceſſores grauius puniatur.

Quorumdam auariciam reſtringere cupientes, qui pretèxtu Sacramentorum nouos auaricie modos adinueniunt, multitudinem compatrum ſeu commatrum in baptiſmo conducentes, per quod multa ſcandala, pericula, ſeu impedimenta animabus inducunt; quare ſtatuimus, vt nullus deinceps vltra tres perſonas in vtroque genere ad baptiſmum compatres ſeu commatres rogare aut conuocare preſumat, ſi indignacionem omnipotentis Dei voluerit euitare.

XXIV.

XXIV. De Cuſtodia Eukariſtie, & Sacramentorum.

Vbi maius periculum verſatur, ibi caucius eſt agendum. igitur ſtatuimus, vt in omnibus eccleſiis noſtre dioceſis regularibus, collegiatis & curatis baptiſmus, criſma, oleum ſanctum, Eukariſtia, reliquie Sanctorum, & ornamenta eccleſiaſtica ſub fideli cuſtodia, clauibus & ſerris adhibitis obſeruentur, ne poſſit ad illa manus temeraria ſeu nepharia quolibet modo extendi. Pallee quoque altaris, vaſa corporalia, & veſtimenta miniſtrorum munda & nitida obſeruentur, quod nimis videretur abſurdum in ſacris ſordes ſuſtinere, & negligere, & in prophanis ſeu mundanis honeſtatem obſeruare.

XXV. De veneracione Sanctorum.

Glorioſus Deus in Sanctis ſuis ſanctam matrem eccleſiam ſponſam multis ſanctorum non tantum virorum ſed eciam virginum & viduarum preconiis celeſtibus & honoribus honorauit, nec non inter cetera glorioſam virginem & matyrem BARBARAM multis miraculis decorauit, cui eciam in fine vite ſue promiſit omnibus memoriam ipſius agentibus miſericordiam & remiſſionem omnium peccatorum ſempiternam conſequi, quam nos eciam tempore iuuentutis dileximus, & ipſius feſtum ſingulis annis celebrandum dotauimus noſtra in eccleſia Kathedrali; omnipotentis dei confiſi ſuffragio, nec non beatorum apoſtolorum Petri & Pauli, in quorum locum ſucceſſimus licet indigni, ſtatuimus & inuiolabiliter obſeruari volumus ſub anathematis pena, vt deinceps & in perpetuum Sancte Barbare feſtum in noſtra dioceſi honorifice ferietur, & feſtiue

ſtiue celebretur, ſicut feſtum beatarum virginum & martyrum Margarete & Katerine, conſilio & aſſenſu noſtri venerabilis Capituli preſentibus accedente. In nomine patris & filii & Spiritus Sancti.

Volumus & diſtricte mandamus vniuerſis & ſingulis Rectoribus eccleſiarum & plebanis, quod diligenter prouideant ſubiectum ſibi populum frequenter inſtruant, quod feſtiuitates Sanctorum & ferias ad honorem altiſſimi & ſanctorum Dei ab eccleſia Dei & ſanctis patribus introductas diligenter obſeruent. Si quis vero neceſſitatis articulo, qui legem non habet, excluſo violare preſumpſerit ſiue molendo, triturando, aut alios actus ſeruiles diebus dominicis exercendo, per ſentenciam excommunicacionis percellatur.

XXVI. De emunitate eccleſiarum.

Cum eccleſiaſtice perſone nec ſecularibus exaccionibus, nec angariis, parangariis, vel ſteuris aliquibus vtriusque iuris teſtimonio debeant pregrauari, quidam tamen plus terrenam timentes quam diuinam ledere poteſtatem talia perſoluere non abhorrent, per quod eciam qui princeps eſt orbis, conſtituitur ſub tributo, quorum puſillanimitati ſeu conſciencie perturbate preſentis ſtatuti remedio cupientes occurrere, prouidemus, (&) ſub anathematis interminacione prohibemus, ne religioſi vel clerici ſeculares, in dignitatibus conſtituti, vel ſimplices, nouam ſteuram, exacaccionem, vel aliqua de nouo ſuperinducta perſoluere preſumant, niſi nos ex aliquibus emergentibus caſibus communiter vel diuiſim duxerimus ordinandum: prohibemus inſuper, nequiſquam clericorum decano

ſuo

ſuo vel archidyacono communiter vel diuiſim collectam vel exaccionem aliquam ſine noſtro ſcitu & licencia ſoluere preſumat. Contrarium facientes ab officio ſunt ſuſpenſi.

XXVII. De Matrimoniis & Sponſalibus.

Cum matrimonium, quod auctore domino ad procreacionem generis humani ſalubriter inſtitutum eſt, cum reuerencia & honore in facie eccleſie celebrari debeat, decernimus ſtatuendo, vt plebani, aliique rectores eccleſiarum ac vicarii noſtre dioceſis inhibeant publice in eccleſiis ſuis ſingulis diebus dominicis & feſtiuis ſub pena excommunicacionis, ne aliqui matrimonialiter coniungantur, niſi ſi prius tribus dominicis in eccleſia publice inſinuatum, quod tales ſimul contrahere volunt, in qua inſinuacione populus moneatur, & ſub pena excommunicacionis annectatur, vt, ſi aliquis impedimentum ſciuerit inter illos, qui matrimonialiter volunt coniungi, illud proponat publice, ſi ſine periculo & ſcandalo hoc fieri poterit; alioquin proponat occulte Sacerdoti. Et ſi poſt trinam inſinuacionem nullum proponitur impedimentum tunc in nomine domini coniungantur. Si autem impedimentum legitimum & euidens proponeretur, tunc nullatenus contrahere permittantur. Si vero dubium ſit, an impedimentum ſit ſufficiens ad matrimonium impediendum, in hoc caſu non permittantur contrahere, donec per decanum eccleſie noſtre Kathedralis, aut qui tunc pro tribunalibus ſederit, quid fieri debeat, decidatur.

Precipimus eciam diſtricte, ne clerici interſint clandeſtinis deſponſacionibus vel matrimoniis occultis, ex quibus diſſenſiones,

ſiones, ſcandala, periuria, inimicicie, nec non animarum varia pericula ſurgere dinoſcuntur. Poſtquam autem plebanus de vero vel fama probabiliter cognouerit aliquos clandeſtine contraxiſſe, ſtatim ipſos ad publicandum & iura ſua proſequendum coram eccleſia cenſura cogat eccleſiaſtica mediante.

Prudencias veſtras volumus non latere, quod cauſe matrimoniales non ſunt tractande per quoſlibet, ſed per iudices diſcretos, qui poteſtatem habeant iudicandi & ſtatuta canonum non ignorant, cum eccleſia romana mater omnium & magiſtra cauſas matrimoniales tamquam periculoſas Epiſcopis conſueuit delegare. ſunt tamen nonnulli ſimplices clerici & curati, nec non aliqui prelati & abbates ac decani noſtre dioceſis, quibus de priuilegio non competit, qui de cauſis matrimonialibus coniungendorum ſeparanda (ita codex) cognoſcant, graue in periculum animarum & ſcandalum plurimorum, quod de cetero fieri ſub pena excommunicacionis late ſentencie firmiter inhibemus, niſi ex ſpeciali commiſſione alicui vel aliquibus noſtris litteris committamus.

Item prohibemus, quod nullus clericorum, Rectorum ſeu Vicariorum ſecundas Nupcias ſub pena ſuſpenſionis deinceps benedicere preſumat.

XXVIII. De Accuſacionibus.

Perniciosam quorumdam hominum conſuetudinem, quantum nobis a domino conceditur, extirpare cupientes quorum nonnulli reiectis vxoribus ſuis legitimis concubinas ſibi publice aſſumere, & cum eiſdem manifeſte habitare preſumunt. Quicumque eciam vſuras, ſortilegia, incantaciones, diui-

diuinaciones & alia nepharia in ſcandalum ſancte matris ecclesie publice exercere non verentur. Mandamus igitur ſingulis & vniuerſis eccleſiarum Rectoribus, plebanis, viceplebanis noſtre dioceſis in virtute ſancte obediencie firmiter & diſtricte, vt de premiſſis & ſimilibus maleficiis diligenter inquirant, & nobis deferant ſeu manifeſtent, vt eadem crimina vlciſci & vindicare ſecundum quod canones ſtatuerunt, abſque omni impedimento valeamus.

XXIX. De Calumpniatoribus & facientibus ac affigentibus cedulas diffamatorias.

Cum forcius punienda ſint crimina, que inſontibus hominibus & innocentibus, & maxime ſacratis inferuntur. Sunt tamen nonnulli Lupi rapaces & honoris detractores in eccleſia dei, qui ad aufferendum honorem hominibus libellos famoſos & cedulas diffamatorias contra innocentes & ignorantes temere ſcribunt aut ſcribi procurant, & eaſdem eccleſiis & locis aliis, vbi preſumitur reperiri affigunt & apponunt in ſalutis & honoris ſui diſpendium & ſcandalum plurimorum. Volentes autem hanc peſtem mortiferam a noſtra eccleſia & dioceſi eliminare, cum tales ſecundum leges ſint decapitandi, ſecundum canones vero excommunicandi, ſtatuimus & ſub pena excommunicacionis late ſentencie, quam eciam ipſo facto incurrat, ſi quis deinceps talia facere aut attemptare, preſumpſerit, diſtricte mandamus, vt ab omnibus clericis noſtre dioceſis, quibus hoc notum fuerit, detractores & diffamatores huiuſmodi cuiuſcumque condicionis aut ſtatus fuerint,

 ſtatim

ſtatim in genere excommunicentur, & excommunicati denuncientur publice eorum plebe ſingulis diebus dominicis & feſtiuis, donec aliud ad nobis, noſtris ſucceſſoribus, aut vicariis noſtris habuerint in mandatis. Qui vero clericorum aut laycorum talem cedulam inuenerit, ſtatim rumpat & nulli reuelet, ſed igne conſumat: Alioquin tamquam celatores huiusmodi criminis aut fautores ſciant ſe fore a percepcione Corporis dominici ipſo facto ſuſpenſos, donec per nos fuerint abſoluti & eccleſie reconciliati, quam poteſtatem nobis & ſucceſſoribus noſtris ſpecialiter reſeruamus.

XXX. De Simoniacis.

Quante dampnacionis & peruerſitatis exiſtat crimen ſymoniace prauitatis, nouit ille, cuius proprium eſt miſereri, qui eciam ementes & vendentes eiecit de templo, cum hoc ſanctorum edocent ſancciones, quod tanta eſt labes huiuſmodi criminis, quod apud deum quaſi hereſis reputatur, & tales ab Eccleſia ſint reiiciendi. Sunt tamen nonnulli ſacerdotes, quod dolentes referimus, qui non tam ex ſimplicitate ſeu iuris ignorancia, ſed certe magis ex auaricie vicio, que multorum oculos excecauit, cum Eukariſtiam, oleum infirmorum, baptiſma paruulorum, criſma ſanctum, ſepulturam & alia eccleſiaſtica Sacramenta ſuis ſubditis adminiſtrant, pecuniam extorquere ſub defenſione longe conſuetudinis pretendunt, non aduertentes, quod diuturnitas temporis peccata non dimittit ſed augmentat. Nos igitur inherentes concilio Turonenſi huiusmodi conſuetudinem totaliter reprobamus, &

ſub

ſub pena excommunicacionis firmiter inhibemus, ne talia de cetero fiant, per hoc tamen laudabiles conſuetudines, & ſi aliqua munera ſponte offerantur, non reprobamus.

Item firmiter inhibemus, ne aliquis ſacerdotum noſtre dioceſis deinceps pro debitis pecuniariis, ſiue decimis aut oblacionibus aut aliis rebus ſimilibus quibuscumque protrahere aut ſubtrahere preſumat baptiſma paruulorum, penitencias morientium & ſepulturam mortuorum quouiſmodo. Alioquin talem vel tales ex tunc prout ex nunc excommunicamus ſolempniter in hiis ſcriptis, & nichilominus eoſdem pro abſolucione ad curiam transmittimus romanam.

XXXI. De hereticis.

Excommunicamus & anathematiſamus ante omnia vniuerſos hereticos, quibuſcumque nominibus cenſeantur, facies quidem habentes diverſas, ſed caudas ad inuicem ligatas, qui de vanitate conueniunt in id ipſum. Similiter excommunicamus omnes fautores, credentes, receptores, defenſores hereticorum, & qui tales ſcienter preſumpſerint eccleſiaſtice tradere ſepulture. Inhibemus eciam, ne vmquam cuiquam layce perſone cum iudeis & hereticis publice vel priuatim de fide Katholica disputare liceat: Alioquin excommunicacionis laqueo innodetur.

Item prohibemus, conſolacionem manus impoſicionem ab hereticis ne aliquis recipiat pena ſub premiſſa.

Item quia Judei, qui ad ritum Chriſtianorum ſunt conuerſi, & poſtea redeuntes ad Iudaiſmum peiores efficiuntur quam

prius in scandalum sancte matris ecclesie & fidei Katholice, volumus, qui contra tales si conuicti fuerint de premissis, tamquam contra defensores hereticorum procedatur.

Monemus eciam singulos ecclesiarum Rectores, vt diligenter super premissis inquirant, & nobis in scriptis nomina eorum remittant, vt vulpecule, id est, heretici de ecclesia dei elimineutur.

Vt fides Katholica nostris prosperetur temporibus, & prauitas infidelica de finibus fidelium extirpetur, statuimus, vt nullus Beghardus seu pegina in conuenticulis seu locis secretis predicare presumat, cum, vt frequenter (*contingit*) errores seminent, & homines inficiant doctrinis suis sacrilegis ac peruersis, sicut pridem ad nostrum deuenit auditum nonnullos errores ab ipsis fore promulgatos, *primo* videlicet, quod homo in vita presenti talem perfeccionis gradum possit acquirere, vt reddatur inpeccabilis, & quod amplius in gracia proficere non possit. *Secundo* quod ieiunare non oportet hominem vel horare, postquam talem perfeccionis gradum acquisierit. dicunt, quod qui sunt in spiritu libertatis, non sint subiecti, & plura similia & maiora. Quare firmiter precipimus & inuiolabiliter obseruari volumus, vt siquis tales errores vel consimiles a Beghardis seu Peginis aut aliquibus aliis audierit, affirmando nobis & nostris officialibus huiusmodi personas, vt vlcionem canonicam in ipsos exerceamus, statim intmare procuret.

XXXII. De

XXXII. De Vſuris.

Contra vſurarios iuxta ſtatuta lateranenſis concilii taliter procedatur, vt ſi notorius fuerit eorum exceſſus, ſine diſtinccione qualibet eccleſiaſtica careant ſepultura, niſi prius ablata reſtituerint, vel niſi caucionem debitoribus, a quibus receperunt, vel ipſis abſentibus ordinario loci, vel Rectori parrochie, vbi habitat, de reſtitucione fecerint ſufficientem. Si vero non ſatisfecerint, neque caucionem ſufficientem, vt premittitur, fecerint, ipſorum heredes ad reſtituendum vſuras per cenſuram eccleſiaſticam compellantur. Si qui autem tales ſepelire preſumpſerint, excommunicacionis ſentenciam ipſo iure incurrant, & ſuis beneficiis priuentur. Nec aliquis dictorum vſurariorum teſtamentis interſit, aut eos ad confeſſionem admittat, ſiue ipſos abſoluat, niſi ſatisfecerint de vſuris, vel de ſatisfaciendo, vt premittitur, ydoneam preſtiterint caucionem. Teſtamentum eciam ipſorum aliter factum irritum ſit ipſo iure.

Item ſtatuimus, quod nullus alienigenis perſonis & ignotis domos ſuas ad exercendum vſuras locare preſumat. Item volumus & ſub pena excommunicacionis inhibemus, ne aliqua religioſa ſeculariſue perſona vſuras exerceat, aut Judeis & malis chriſtianis in vſuris communicet, pecunias mutuando, concedendo, ſeu deponendo, aut res alias quaſcumque mutuando lucrum vſure percipiens, vel eciam ſperans: alioquin ex tunc prout ex nunc nouerit ſe ſentencie excommunicacionis ſubiacere, quam abſolucionem nobis & ſucceſſoribus noſtris ſpecialiter reſeruamus.

Legis

Legis dominice conſtituta, ne quis terram duabus viis ingrediatur, prohibent & ne res vnica diuerſis iuribus cenſeatur, ſtatuto preſenti decernendo cauemus, vt omnes clerici noſtre diocelis tam religioſi quam ſeculares aut negociaciones non exerceant, & ſpecialiter ne res ſub dilacionibus vendant, aut carius eas diſtrahant, aut preemciones prorſus euitent, cum enim non ſolum a malo, ſed eciam a quauis ſpet cie mali debeant abſtinere, ſane eciam cauere debent, ne crimen auarice, quod eſt ydolorum ſeruitus perpetrent aut committant, volentes, vt quicumque negociaciones, vſurariam prauitatem, & preemciones repertus fuerit exercere, preterquas, quibus a iure communi punitur, nobis viginti libras denariorum perſoluat, in uſus pauperum vel alias, ſicudecreuerimus, conuertendas.

Preterea cum delictum priuilegium & emmunitatem non habeat, & delinquentem pena, non dignitas, merito comitetur, ſtatuimus, vt quilibet uſurarius, cuiuſcumque ſtatus aut condicionis fuerit, miles ſiue miniſterialis, ſuperior vel inferior, omni priuilegio fori ceſſante, ſub nobis & noſtris iudicibus de & ſuper ſuper vſuris poſſit conueniri. Item ſtatuimus, & verius, ſtatutum in concilio Wienenſi declaramus, quod ſi quis in illum errorem inciderit, vt percinaciter affirmare preſumpſerit, exercere vſuras non eſſe peccatum, eumdem decernimus fore vt hereticum puniendum.

XXXIII. De

XXXIII. De iniuriis & repreſſaliis.

Etſi pignoraciones, quas vulgaris elocutio repreſſalias nominat, in quibus alius pro alio grauatur, quamquam graues legibus & equitati naturali contrarie, ciuili ſint conſtitucione prohibite, vt tamen earum prohibicio in perſonis eccleſiaſticis tanto amplius timeatur, quanto in illis inhibetur eas concedi contra perſonas ſeu bona ipſorum, aut quantumcumque generaliter pretextu cuiuſcumque conſuetudinis, quam pocius reputamus abuſum, fore conceſſas ad illas extendi preſenti decreto diſtriccius inhibemus. Illi autem, qui contra fecerint, aduerſus perſonas eaſdem pignoraciones ſeu repreſſalias concedendo, vel exercendo ad eas niſi preſumcionem huiuſmodi reuocauerint, a conceſſionis vel extenſionis tempore infra menſem, ſi perſone ſingulares fuerint, ſentenciam excommunicacionis incurrant, ſi vero vniuerſitas, eccleſiaſtico ſubiaceat interdicto.

XXXIV. De Penitenciis & Remiſſionibus.

Omnis vtriusque fidelis ſexus poſtquam ad annos diſcrecionis peruenerit, omnia ſua ſolus peccata ſaltem ſemel in anno fideliter confiteatur proprio ſacerdoti, & iniunctam ſibi penitenciam propriis viribus ſtudeat adimplere, ſuſcipiens reuerenter ad minus in paſca Eukariſtie ſacramentum, niſi forte de proprii ſacerdotis conſilio ob aliquam racionabilem cauſam ad tempus ab eius percepcione duxerit abſtinendum, alioquin & viuens ab ingreſſu eccleſie arceatur, & moriens chriſtiana careat ſepultura. Vnde hoc ſalutare ſtatutum frequen-

quenter in ecclesiis publicetur, ne quis ex ignorancie cecitate velamen excusacionibus assumat. Si quis autem alieno sacerdoti voluerit iusta de causa sua confiteri peccata, licenciam prius postulet & obtineat a proprio sacerdote, cum aliter ipsum non possit absoluere.

